GUARINI VERONENSIS ... REGULAE GRAMMATICES; NUNC DENUÒ...

Guarino : Veronese





VID est Grammatica? Grammatica est ars recte loquendi recteque scribendi, scriptorum & poetarum lectionibus obseruata. Vnde dicitur Grammatica? ἀπὸ τῶν γραμμάτων, hoc est a literis, Latinæ enim literaria dicitur, quod ex literis syllabæ fiant, ex syllabis dictiones, ex dictionibus orationes: ex quibus disciplina Grammaticæ constituitur.

PArtes Grammaticæ sunt quatuor; uidelicet, Litera, Syllaba, Dictio, & Oratio, Litera, ut u, Syllaba, ut ue; Dictio, ut ueritas, Oratio, ut ueritas odium parit. Litera est minima pars uocis compositæ uel, Litera est uox indiuidua, quæ scribi potest. Dicitur autem litera, quasi legitera, eò quod legentibus iter præbeat uel a lituris: (licet primam corripiat) quod plerunque inceratis tabulis antiqui scribere solebant. Syllaba est comprehensio literarum sub uno accentu, & uno spiritu indistanter prolata. Dictio est minima pars orationis, quantum ad sensum. Oratio est ordinatio dictionum, congruam, perfectamque sententiam demonstrans.. Litterarum quædam sunt uocales, quædam sunt consonantes. Vocales sunt quinq;, a e i o u: y uero Græca uocalis est, qua utimur in dictionibus græcis; ut Hieronymus. Ex quibus fiunt diphtongi, quatuor, scilicet, æ œ au, & eu Consonantes sunt sexdecim b c d f g k l m n p q r s t x z; h enim non est litera, sed aspirationis nota. Ex consonantibus quædam sunt Mutæ, quædam Semiuocales. Mutæ sunt noué, b c d f g k p q t. z nouiter reperta est litera: pro ea enim ueteres gemino ss utebantur, ut patrisso pro patrizo: sed inter mutas annumerari potest. Semiuocales sunt sex, l m n r s x Consonantes.n. sunt i & u, cum eas sequatur uocalis in eadem syllaba; ut Iupiter, & Venus: Sciēdum est quod x & z. Duplices consonantes sunt x enim pro duplici ss: z uero pro c & s ponitur. Scito etiam l & r liquidas uocari. Omisso in præsentia de syllaba, de reliquis dicatur.

De partibus Orationis.

PArtes Orationis sunt octo scilicet, Nomen, Verbum, Participium, Pronomen, Præpositio, Aduerbium, Interiectio, & Cōiunctio. Ex quibus quatuor sunt declinabiles. s. Nomen, Verbum, Participium, & Pronomen. Reliquæ uero sunt indeclinabiles: Præpositio, Aduerbium, Interiectio, & Coniunctio. Quid est nomen? Nomen est pars orationis declinabilis: significans substantiam, & qualitatem propriam uel commu-

nem cum casu. Quot sunt accidentia nominis? quinque. quæ? Species, Genus, Numerus, Figura, & Casus. Quid est species in nomine? est elementalis compositio, per quam fit primitiui, uel deriuatiui discretio, uel, Species est proprietas deriuandi ab aliquo, uel a nullo. Quot sunt species nominum? duæ: quæ? Primitiua, & deriuatiua. Primitiua ut mons Deriuatiua ut montanus. Quid est genus in nomine? exploratio sexus, quæ fit per uocem carentem genere: nam illa uox non est genus, sed quod per eam intelligitur. Quot sunt genera nominum? septem, large loquendo, Masculinum, ut hic Deus: Fœmininum, ut hæc Maria. Neutrum, ut hoc Cœlum: Commune, ut hic & hæc uirgo: Omne, ut hic & hæc & hoc felix: Promiscuum ut hic Passer: Incertum, ut hic uel hæc dies. Quot sunt articuli? tres, qui? hic, hæc, hoc. Hic, est generis masculini: hæc, feminini: hoc neutri: hic & hæc, communis, hic & hæc & hoc, omnis: hic uel hæc, incerti: hic passer promiscui. Quid est numerus in nomine? est forma dictionis in uoce; quæ discretionem quantitatis facere potest. Quot sunt numeri nominum? duo, qui? singularis, & pluralis. Singularis, ut nauta. Pluralis ut nautæ. Quid est figura in nomine? est simplicium compositarum uel decompositarum dictionum discrimen. Quot sunt figuræ nominum? tres. quæ? Simplex, Composita, & Decomposita. Simplex ut iustus: Composita, ut iniustus: Decomposita, ut iniustitia. Quid est casus in nomine? est uariatio casualium dictionum, quæ maxime fit in fine. Quot sunt casus nominum? sex qui? Nominatiuus, Genitiuus, Datiuus, Accusatiuus, Vocatiuus, & Ablatiuus. Nominatiuus, ut Cæsar; Genitiuus, ut Cæsaris; Datiuus, ut Cæsari; Accusatiuus, ut Cæsarē; Vocatiuus, ut o Cæsar; Ablatiuus, ut a Cæsare. Quot sunt recti? unus. s. Nominatiuus. Obliqui sunt quatuor. Genitiuus, Datiuus, Accusatiuus, & Ablatiuus. Vocatiuus aūt est per se uocandi casus. Quot sunt, declinationes nominū? quinq;. q̄? prima, sēcūda, tertia, quarta, & quinta. Prima, cuius genitiuus singularis in ae diphthongū desinit, ut hic Poeta poetæ. Secunda in i, ut hic dn̄s dn̄i. Tertia in is, ut hic pater patris. Quarta in us, uel in u: ut hic uisus & hoc cornu. Quinta in ei diuisas syllabas, ut hic uel hæc dies, huius diei. Nominū aliud propriū: aliud appellatiuū Propriū est illud q̄ uni soli conuenit ut Gabriel. Appellatiuū est illud, q̄ naturaliter cōmune est multorū: ut homo & animal. Appellatiuorum nominū aliud Substantiuū aliud adiectiuū. Substantiuū nomen est

llud: quod uariatur per unum articulum tantum: ut hic Petrus: uel per duos ad plus: ut hic & hæc homo. Adiectiuũ nomen est illud, quod uariatur per tres articulos & unam uocem: ut hic & hæc & hoc felix; uel per tres articulos, & duas uoces: ut hic & hæc fortis, & hoc forte, uel per tres articulos, & tres uoces; ut hic acer, hæc acris, & hoc acre: uel per tres diuersas uoces, ut albus alba album. Substantiuum dicitur quod per se stare potest. Adiectiuum uero quod adiicitur alteri. i. substantiuo suo.

QVid est uerbũ? Verbum est pars orationis declinabilis: quæ cum modis, & tẽporibus, sine casu, agendi uel patiendi est significatiua. Quot sunt accidentia uerbi? octo. quæ? genus tempus, modus, species, figura, cõiugatio, persona, cũ numero Quot sunt genera uerborum? quinq;. quæ? Actiuum, Passiuũ, Neutrũ, Commune & Deponens. Actiuũ, ut Amo: Passiuũ, ut amor Neutrum, ut seruio Commune, ut largior: Deponens, ut persequor. Quot sunt tempora uerborũ? quinq; quæ? præsens, ut amo: Præteritum imperfectum, ut amabam. Præteritum perfectũ ut amaui Præteritũ plusquã pfectũ, ut amauerã. Futurũ, ut amabo. Quot sunt modi uerborũ? quinq;. qui? Indicatiuus, Imperatiuus, Optatiuus, Subiunctiuus, & Infinitiuus. Indicatiuus, ut amo. Imperatiuus, ut ama Optatiuus, ut utinã amarẽ. Subiunctiuus, ut cũ amẽ: Infinitiuus, ut amare. Quot sunt species uerborũ? duæ q? Primitiua, & Deriuatiua Primitiua, ut amo. Deriuatiua ut amasco. Quot sunt figuræ uerborũ? tres quæ? Simplex, Composita, & Decõposita, Simplex, ut amo. Cõposita, ut peramo: Decomposita, ut peramasco: Quot sunt coniugationes uerborum? quatuor. quæ? prima, secunda, tertia, & quarta. Prima, quæ in secunda persona præsentis indicatiui habet as, aut aris longum, ut amo amas, & amor amaris. Secunda, quæ habet es, aut eris: longum: ut Doceo doces, & doceor doceris. Tertia, quæ habet is, aut eris, breuẽ ut lego legis, & legor legeris. Quarta, quæ habet is aut iris longũ. ut Audio audis, & Audior audiris. Quot sunt personæ uerborũ? tres. quæ? Prima, Secunda, & Tertia. Prima, ut Amo. Secunda, ut Amas: Tertia, ut Amat. Et similiter in Plurali. Prima, ut amamus, Secunda, ut Amatis, Tertia, ut Amant. Quot sunt numeri, uerborum? duo. qui? Singularis, & pluralis. Singularis, ut amo: Pluralis, ut amamus Quot sunt ueba anomala? quatuor. quæ? Sum, Volo, Fero, & Edo cum suis compositis. Et dicuntur anomala, quasi sine regula. Quot sunt uerba apocopata? quatuor: quæ? Dic, Duc, Fac, Fer? pro dice, duce, face, & fere.

QVid est participium? participiũ est pars orationis declinabilis, habens genera, & casus ad similitudinem nominis, tẽpora, & significationes ad similitudinẽ uerbi; numerũ, & figuram ad similitudinem utriusq; Quot sunt accidentia Participij? sex: quæ? Genus, Casus, Tempus, Significatio, Numerus, & figura. Quot sunt genera participiorum? quinq; quæ? Masculinum ut lectus: Fœmininũ ut lecta: Neutru ut lectũ Commune (ut in accusatiuo) hunc & hanc legentẽ: Omne ut hic & hæc & hoc legens. Quot sunt casus participiorũ? sex. qui? Nominatiuus, ut legens. Genitiuus, ut legentis: Datiuus, ut legenti. Accusatiuus, ut legẽtẽ Vocatiuus, ut o legens: Ablatiuus ut a legente. Quot sunt tempora participiorũ? quinq; coniũcta in tribus quæ? Præsens & præteritum imperfectum simul, ut amans & legens. Præteritũ perfectum & plusquam perfectum simul, ut amatus & lectus. Futurum per se, ut amaturus, & amandus. Quot sunt significationes participiorum? quinque, quæ? actiua, ut amans: Passiua ut amatus, Neutralis ut seruiens. Communis, ut largiens: Deponens, ut persequens. Quot sunt numeri participiorum? duo, qui? Singularis, ut legens. Pluralis, ut legentes. Quot sunt figuræ participiorũ? duæ, quæ? Simplex ut amans Decomposita ut peramans.

QVid est Pronomẽ? Pronomẽ est pars orationis declinabilis, quæ pro proprio nomine ponitur, & certã significat personã. Vnde dicitur pronomen? ex pro & nomine, eo q; p proprio nomine ponatur in constructione. Quot sunt accidentia pronominis? sex, quæ? Species, Genus, Numerus, Figura, Persona, & Casus. Quot sunt species pronominũ? duæ, quæ? Primitiua, & Deriuatiua. Primitiua. ut ego. Deriuatiua: ut meus. Quot sunt genera pronominum? quinq; quæ? Masculinum, Fœmininum, Neutrũ, Commune, & Omne, Masculinũ, ut ille: Fœmininũ, ut illa Neutrũ, ut illud. Commune, ut hic & hæc nostras. Oẽ, ut ego, tu, sui. Quot sunt numeri pnominũ? duo q? Singularis, & Pluralis. Singularis, ut Ego, pluralis, ut Nos. Quot sunt figuræ Pronominũ? duæ q? Simplex, & Cõposita. Simplex, ut Id: Composita, ut Idẽ. Quot sunt psonæ pnominũ? tres, q? Prima, scda, & tertia: Prima ut, Ego Scda ut Tu; tertia, ut ille. Quot sunt casus pronominũ? sex. q? Nominatiuus, Genitiuus, Datiuus, Accusatiuus, Vocatiuus, & ablatiuus. Quot sunt modi pronominum? quatuor, q? Primus, secũdus, tertius, & quartus. Quot sunt pnomina primi modi? tria, q? Ego, tu, sui. Secundi modi? quinq; quæ? Ille, ipse, iste, hic, & is. Tertij modi? quinq;, quæ? Meus, tuus, suus, noster, & ue

er. Quarti modi? duo scilicet nostras & uestras. Quot sunt pro-
omina, de quibus nulla est dubitatio apud latinos? quindecim.
uæ? Octo primitiua, & septē deriuatiua. Primitiua sunt octo. s.
go, tu, sui, ille, iste, ipse, hic, & is. Deriuatiua sunt septem, scili-
et, Meus, tuus, suus, noster, & uester, nostras, & uestras. Quot
nt pronomina demonstratiua? quatuor. quæ? Ego, tu, hic, &
te. Quot sunt pronomina relatiua? quatuor. quæ? Is, suus,
pse, sui. Quot sunt pronomina Possessiua? quinq;. quæ? Meus,
ius, suus, noster, & uester.

NOminatiuus cum uerbo tenetur concordare in duobus; in persona, & in numero, ut præceptor docet. Relatiuum cum ntecedente tenetur in duobus; in genere, & in numero: ut, ideo Petrum, qui legit. Adiectiuum cum substantiuo tenetur tribus: in genere, & in numero, & in casu: ut, Vir bonus, Nota quòd relatiuum incipiens a C, uel a Q. impedit uerbum, e sit principale.

De uerbis Actiuis.

NOta, quòd uerbum actiuum simplex est illud, quod desinit in o, & format ex se passiuum in or, & uult ante se nominatiuum agentem, & post se accusatiuum patientem: ut, Ego amo Deum.

mo	as	aui	atum	
Diligo	gis	lexi	lectum	per amare
ero	fers	tuli	latum	
orto	tas	taui	tatum	per portare
ego	legis	legi	lectum	per leggere
anto	tas	taui	tatum	per cantare
erbero	ras	raui	ratum	per battere
astidio	dis	diui	ditum	per hauer in fastidio
Honoro	ras	raui	ratum	per honorare.

Diligo, finit, amo, uocat inchoat, & lego, canto,
Aspicit, & uideo, cerno, iuuat, & fero, porto,
Accusatiuos his uerbis iungito solos.

NOta, quòd uerbum actiuum possessiuum est illud, quod uult ante se nominatiuum agentem, & post se accusatiuū patientem, & ultra genitiuum, uel ablatiuum sine præpositione: ut, Ego mo librum duobus ducatis, uel pluris.

mo	emis	emi	emptum	per comprare
endo	dis	didi	ditum	per uendere
stimo	as	aui	atum	per istimare

Pasco	scis	paui	pastum	per pascere
Loco	as	aui	atum	per affitare
Accuso	as	aui	atum	per accusare
Cibo	cibas	baui	batum	per cibare
Arguo	guis	gui	gutum	
Reprehendo	dis	hendi	ensum	per riprendere.

Damnat,& accusat, cibat, arguit, implet, emitque
Æstimo, cum uendo, saturo, increpo, nutrio, pasco;
Hæc ablatiuis coniungimus,& genitiuis.

PRecium ponitur in ablatiuo sine præpositione, exceptis his genitiuis, tanti, quanti, magni, multi, parui, plurimi, maximi, minimi, pluris, & minoris, cum compositis. Et similiter criminum nomina in genitiuo ponuntur: ut, Parui librum emi:& Furti te accusabo. Cætera in ablatiuo, ut, Iudex damnabit te tuo scelere? Tu percusisti socium lapide: &, Ego paruo precio librum emi.

NOta,q̃ uerbum actiuum acquisitiuum est illud, quod uule ante se nominatiuum agentem, & post se accusatiuum patientem, & ultra, datiuum: ut, Ego do panem pauperibus.

Do	das	dedi	datum	
Tribuo	buis	bui	butum	per dare
Parco	cis	parsi	sum	per risparmiare
Promitto	tis	misi	sum	
Spondeo	des	spopondi	sponsum	per promettere
Declaro	ras	raui	ratum	per dichiarare
Mutuo	tuas	tuaui	tuatum	
Commodo	das	daui	datum	
Præsto	stas	præstiti	præstitum	per præstare
Dico	cis	xi	ctum	per dire
Narro	ras	raui	ratum	per narrare
Dono	nas	naui	natum	per donare.

Do tribuo, impendo, submittit, & exhibet addo,
Mutuo, concedo, præsto, manifestoque narro,
Dico,& significo, promitto, spondeo dono,
Post quartum casum, iungi uolucre datiuum.

Augeo, conduplico, accumulo, impertio, & dono possunt esse tertij,& quinti ordini, hoc est, acquisitiui, & effectiui: ut, Ego donabo librum tibi: &, Te cicuta donabo.

NOta, quòd uerbum actiuum Transitiuũ est illud, quod uule ante se nominatiuum agentem: & post se accusatiuum patiẽ

em rem animatam : & ultra, alium accusatiuum à
te grammaticam :

oces	docui	doctum	per insegnare
es	nui	monitum	per ammonire
estis	stiui	uestitum	
uis	indui	indutum	
is	ciui	ctum	per uestire
s	xui	xutum	per ispogliare
:eas	ceaui	ceatum	per calzare
gis	cinxi	cinctum	per cingere

rba possunt etiam habere ablatiuum loco, accusa-
uo te uestem, uel ueste, & Cinxi illum balteum,

:as	oraui	oratum	
as	gaui	gatum	
ras	craui	cratum	per pregare
etis	petiui uel petij	petitum	
oscis	poposci sine sup.		
as	laui	latum	per domandare
as	taui	tatum	p domādare con instātia.

co,peto,doceo,rogo,calceo celo.
ingo,moneo simul induit,oro,
s geminos hæc uerba requirunt.
l uerbum actiuū Effectiuū est illud, quod uult an-
atiuum agentem, & post se accusatiuū patientē,
iuum sine præpositione: ut, Ego spolio te ueste.

as	liaui	liatum	per ispoliare
uas	uaui	uatum	per priuare
neras	raui	ratum	per caricare
ras	raui	ratum	per pesare
mas	maui	matum	per armare
nas	naui	natum	per ornare
nis	niui	nitum	per fortificare
:ulcis	fulsi	fultum	per sostentare
buis	bui	butum	
ples	pleui	pletum	per empire
alis	alui	alitum,	uel altum
tris	triui	tritum	per nutrire
scis	paui	pastum	per pascere
eas	caui	catum	per alleuare

Educo,

Educo, cum spolio, uacuo, munio, imbuo priue,
Fulcio, sic onero, leuat, ornat, uerba notabis:
Hæc ablatiuos solos actiua requirunt.

NOta, quòd uerbum actiuum separatiuum est illud, quod uult ante se nominatiuum agentem, & post se accusatiuum patientem, & ultra, ablatiuum cum a uel ab: ut, Ego audio lectionem a magistro.

Audio	audis	audiui	auditum	per udire
Intelligo	ligis	lexi	lectum	per intendere
Moueo	ues	moui	motum	per mouere
Diuido	uidis	uisi	diuisum	per diuidere
Separo	ras	raui	ratum	per separare
Segrego	gas	gaui	gatum	per dispartire
Accipio	cipis	cepi	ceptum	per riceuere
Euello	uellis	uulsi	euulsum	per istirpare
Disco	discis	didici	sine sup.	per imparare
Edisco	discis	edidici	sine sup.	per imparare a mente.

Audio cum moueo, recipit, cum diuido sumo:
Segrego; diuello, atque intelligo, separat, haurit.
Post quartum iungi uult præpositio sextum.

De uerbis passiuis.

NOta, quòd uerbum Passiuum Simplex est illud, quod desinit in or, & descendit ab Actiuo per assumptionem r, ut, amo assumpto r fit amor: & uult ante se nominatiuum patientem, & post se ablatiuum agentem cum a uel ab; ut, Deus amatur a me.

Amor	amaris	amatus	sum	per esser amato,
Legor	legeris	lectus	sum	per esser letto
Vocor	caris	catus	sum	per esser chiamato.

NOta, quòd uerbum passiuum possessiuum est illud, quod uult ante se nominatiuum patientem, & post se ablatiuum agentem cum a uel ab, & ultra, genitiuũ uel ablatiuum sine præpositione: ut, Liber emitur a me duobus ducatis, uel pluris.

Emor	emeris	emptus	sum	per esser comperato,
Vendor	deris	ditus	sum	per esser uenduto
Aestimor	aris	atus	sum	per esser stimato
Castigor	aris	atus	sum	per esser castigato
Nutrior	triris	tritus	sum	per esser nutrito.

NOta, ꝙ uerbum passiuum acquisitiuum est illud, quod uult ante se nominatiuum patientem, & post se ablatiuũ agentem cum a uel ab, & ultra datiuũ: ut, Panis datur a me pauperibus.

Daris | uel dare | datus | sum |
Tribuor | tribueris | tributus | sum | per esser dato
Donor | naris | natus | sum | per esser donato
Promittor | mitteris | missus | sum | per esser promesso.

NOta, quòd uerbum passiuum Transitiuum est illud, quod uult ante se nominatiuum patientem, & post se ablatiuum agentem cum a uel ab, & ultra, accusatiuum: ut, Tu doceris a me grammaticam.

Doceor	doceris	doctus	sum	per essere insegnato
Moneor	moneris	nitus	sum	per essere ammonito
Flagitor	taris	tatus	sum	per esser domandato
Rogor	garis	gatus	sum	per esser pregato.

NOta, quòd uerbum passiuum Effectiuum est illud, quod uult ante se nominatiuum patientem, & post se ablatiuum agentem cum a uel ab, & ultra ablatiuum sine præpositione: ut, Tu spoliaris a me ueste.

Spolior	liaris	liatus	sum	per esser spoliato
Priuor	uaris	uatus	sum	per esser priuato
Impleor	pleris	pletus	sum	
Imbuor	bueris	butus	sum	per esser empiuto.

NOta, quòd uerbum passiuum separatiuum est illud, quod uult ante se nominatiuum patientem, & post se ablatiuum agentem cum a uel ab, & ultra, similiter alium ablatiuum cum a, uel ab: ut, Lectio auditur a me a magistro.

Audior	audiris	ditus	sum	per essere udito
Intelligor	ligeris	ectus	sum	per essere inteso
Diuidor	deris	uisus	sum	per esser diuiso
Segregor	garis	gatus	sum	per esser separato.

De uerbis Neutris.

VErbum Neutrum est illud, quod desinit in o, præter sum cũ compositis, & Memini: & non format passiuũ in or: & eius ordines sunt septem. i. neutrum similium Copulatiuum, neutrũ Possessiuum, neutrum acquisitiuum, neutrum Transitiuum, neutrum Effectiuum, neutrum passiuum, & neutrum absolutum.

NOta, quòd uerbum neutrum similium Copulatiuum est illud, quod uult talem casum post se, qualem habet ante: id est, utrinque nominatiuum: ut, Ego sum bonus.

Sum	es	fui	
Existo	existis	extiti	per essere
Sto	stas	steti	statum

Maneo	manes	mansi	mansum	per stare
Iaceo	iaces	iacui	sine sup.	per iacere.
Fio	fis	factus	sum	per esser fatto.

Verba composita a sum, ut, Adsum, Desum, Insum Prosum, Obsum, Præsum, Supersum, & Intersum, regunt post se datiuum: ut, Adest mihi, & deest tibi. Absum uero cōstruitur cum ablatiuo cum a uel ab: ut, absit a nobis dedecus hoc: & Ab illo absit. Construitur etiam Sum cum genitiuo: ut, Hic liber est Petri: cum datiuo: ut, Est mihi pater: cum ablatiuo; ut, Tu es bona indole: & cum duobus datiuis: ut, Sum tibi auxilio.

Nota, quòd uerbum neutrum possessiuum est illud, quod uult ante se nominatiuum patientem, & post se genitiuum agentem, uel ablatiuum sine præpositione: ut, ego egeo denariorum uel denariis.

Ego	eges	egui sine sup.
Indigeo	indiges	gui sine sup. per hauer bisogno.

Hæc duo uerba & genitiuo, & ablatiuo iunguntur.

Careo	cares	rui ritum uel cassum per mancare
Affluo	fluis	fluxi affluxum
Abundo	das	bundaui abundatum
Exubero	ras	raui atum per abundare

Hæc quatuor uerba iunguntur ablatiuo tantum.

Satago	tagis	tegi sine sup. per esser diligente.

Genitiuo iungitur: ut, Cæsar satagit rerum suarum nam præcipue cum hoc genitiuo rerum construitur. Memini, nisti, nit, per ricordarsi cum genitiuo uel accusatiuo.

Itē memini, p far mentione, cū genitiuo uel ablatiuo cū de ut Memini huius rei, uel de hac re, idest mentionem feci, uel facio.

Indigeo, careo, satagoque, exubero consto.
Affiuit, atq; egeo, memini, uaco, iungis abundo,
His neutris sextos genitiuos iungito solos.

Nota, quòd uerbum neutrum acquisitiuum est illud, quod uult ante se nominatiuum agentem, & post se datiuum patientem: ut, Ego seruio tibi.

Seruio	seruis	uiui	uitum	per seruire
Deseruio	seruis	uiui	uitum	per seruire, & compiacere
Placeo	es	cui	citum	per piacere
Noceo	ces	cui	citum	per nuocere
Studeo	des	dui	sine sup. per istudiare	
Obedio	dis	diui	obeditum	

Pareo	pares	parui	sine sup.	per obedire
Parco	parcis	peperci	sine sup.	per perdonare

Seruio, cum noceo, deseruio, præsidet obsum,
Obuio, cum studeo, fauet, atque obtempero, paret,
Tu semper neutra hæc acquisitiua notabis.

NOta, q uerbum neutrum transitiuũ est illud, quod uult ante se nominatiuum agentem, & post se accusatiuum patientem: ut, ego aro terram, & format passiuum in tertijs personis in utroq; numero: ut, Terra aratur a me; &, Arbores inseruntur a te.

Aro	aras	araui	aratum	per arare
Sarrio	sarris	sarriui	sarritum	per sarchiare
Sero	seris	seui	satum	per seminare
Insero	inseris	inserui	insertum	p inestare ò incalmare
Insero	ris	inserui	insertum	p mettere & inserire

ouero inestare; unde serta & inserta.

Comedo p.c.dis	comedi	sum	per mangiare
Poto	tas	taui	tatum	per beuere
Concoquo	coquis	coxi	coctum	per padire
Digero	geris	digessi	stum	per padire & p ordinare
Dolo	las	laui	latum	per dolare
Puto	tas	taui	tatum	per pensare, bruscare ò

Qui putat, incidit: putat hic, qui mente reuoluit; (potare,
Potat, arat, comedit, sic digero, semino, pinso,
Transitiua uoco queis quartum iungito casum,

SVnt quædam uerba huius ordinis, quæ in primis & in secundis personis non sunt in usu, in tertijs uero sunt in frequenti; & his sub auditur Deus: ut Iuppiter pluit magnos imbres. sed poetæ aliquando aliter sunt locuti. Virg. 4. Georg. Nec de concussa tantum pluit, ilice glandis. Inuenitur tamen, & glandes & saxa pluunt: & apud Historicos pluisse lapidibus & sanguine & carne, inuentum est.

Pluit	pluebat	pluit	per piouere
Ningit	gebat	ninxit	per neuicare
Tonat	tonabat	tonuit	per tonare
Coruscat	cabat	ruscauit	per risplendere.

SVpradicta uerba in proprio sensu rarò cum accusatiuo inuenies, sed absolute tantum: ut, pluit, ningit, tonat, & coruscat. Dicitur tamen, Cœlum tonat.

Serenat	nabat	nauit	per far sereno
Fulminat	nabat	nauit	per fulminare

Grandinat nabat nit per tempestare,
Dicimus, Iupiter serenat aerem, fulminat arbores, & grandinat uineas.

Hæc, quæ sequuntur, absoluta sunt formæ augmentatiuæ.

Dielcit	bat	caret præt. & sup. per farsi di.	
Lucescit	bat	caret pt. & sup per uenir il giorno chiaro	
Aduesperascit	bat	caret præt. & sup. per farsi sera.	
Noctescit	scebat	caret præt. & sup. per farsi notte.	

NOta, quòd uerbum neutrum Effectiuum est illud, quod uult ante se nominatiuum patientem, & post se ablatiuum agentem sine præpositione, uel accusatiuum cũ præpositione ob, aut propter. ut, Ego gaudeo pace, uel ob, aut propter pacem. Cicero tamen dixit, Illud doleo: &, Tuum casum mœreo.

Gaudeo	gaudes	gauisus	sum	per allegrarsi
Pingueo	gues	pingui		per ingrassarsi
Macreo	cres	crui		per deuenir magro
Vireo	uires	rui		per uerdeggiare
Areo	ares	arui		per seccarsi
Ardeo	des	arsi	arsum	per ardere
Albeo	albes	albui		per biancheggiare
Nigreo	nigres	nigrui		per farsi nero
Mœreo	res	caret præt. & sup. per attristarsi.		

Gaudet, & exultat, iubilat, cum pingueo, macreo,
Areo, cum uireo, doleo, madeo, quoque fido.
Effectiua scies hæc semper neutra uocari.

NOta, quòd uerbum neutrum Passiuum est illud, quod uult ante se nominatiuum patientem, & post se ablatiuum agentẽ cum a, uel ab: ut, Liber uenit a me plurimi.

Vapulo	uapulas	pulaui	latum per esser battuto
Væneo	uænis	uæniui,	uel nij, num per esser uenduto
Exulo	las	laui	latum per esser bandito

& dicitur de loco: ut, exulat Roma, uel a patria, & in loco: ut exulat Romæ, uel Neapoli, idest, ibi exul est.

Liceo	lices	licui	per essere apprezzato
Nubo	nubis	nupsi	nuptum per maritarsi;

quod ad fœminas pertinet, iungitur datiuo: ut, Helena nupsit Menelao & aliquando cum ablatiuo mediante præpositione Cum. Cic Mar. Catoni. Regis parthorum filium quo cum esset nupta Regis Armeniorum soror.

Fio	fis	factus	sum per esser fatto.

Vapulo, cum fio, licet, exulo, ueneo, nubo;
Neutra simul passiua notes de iure uocanda.

NOta, quòd sunt quædam uerba Neutro passiua, quæ in præteritis perfectis, & in his quæ formantur ab eis, retinet literaturam passiuorũ, in cæteris uero neutrorum, suntq; diuersorum ordinum.

Gaudeo	des	uisus	sum per allegrarsi: neutrũ effectiuũ
Fio	fis	factus	sum per esser fatto: Neutrũ passiuũ
Soleo	les	solitus	sum per solere

iungitur infinito; ut, Soleo legere.

Audeo	audes	ausus	sum per ardire.

iungitur infinito: ut, Audes dicere; uel Accusatiuo; ut, Ausus est magnum facinus, scilicet perpetrare.

Fido	fidis	fisus	sum per fidarsi: iũgitur datiuo;

ut; Fido tibi; & ablatiuo: ut; tua humanitate fisus.

Gaudeo, cum Fido, soleo, simul audeo fido.
Quinque puer numero neutro passiua tibi do.

NOta, quòd uerbum neutrum absolutum est illud, quod uult ante se nominatiuum agentem, & post se accusatiuum uel ablatiuum cum præpositione. quando significat motum ad locum, uult accusatiuum cum ad, uel in; motum per locum, accusatiuum cum per: motum de loco ablatiuum cum a, e, ex, de, & ab; statum in loco, ablatiuum cum in, ut. Ego uado ad scolam, Tu manes in ædibus.

De aduerbialiter positis infra dicitur.

Vado	uadis	uasi	uasum	
Eo	is	iui	itum	per andare
Deambulo	bulas	laui	latum	per passeggiare
Sto	stas	steti	statum	
Maneo	nes	mansi	mansum	per stare

Qui manet expectat; cum qui manet, ille moratur.

Quadrupedo	das	daui	datum	per andar in quattro.
Hio	hias	hiaui	hiatum	
Oscito	scitas	taui	tatum	per isbadachiare
Tussio	tussis	tussiui	tussitũ	per tossire
Viuo	uiuis	uixi	uictũ	per uiuere
Vigilo	las	laui	latum	per ueggHiare
Venio	uenis	ueni	uentũ	per uenire
Dormio	mis	ui	itum	per dormire
Succusso	cussas	saui	satum	per trottare

Discedo | is | essi | ssum | per partire
Remeo | meas | aui | atum | per ritornare.

Tendis,& incedit,pergo,uenit,ambulo,uado,
Sto,maneo,resideo,redeo,cum tussio, uiuo,
Quadrupedo,remeo,succulat,& oscito cresco,
Iungis & his uigilo,cum dormio uerba soluta.

De uerbis Communibus.

NOta, quòd uerbum commune est illud, quod desinit in or, & non formatur a uerbo desinente in o, & duplicem habet significationem,scilicet actiuam & passiuá. Quando habet actiuam, uult ante se nominatiuum agentem, & post se accusatiuũ patientem: ut, Ego largior tibi librum. Quando habet passiuam, uult ante se nominatiuum patientem, & post se ablatiuum agentem, cum a uel ab, ut, Liber largitur a me tibi.

Largior	giris	gitus	sum per donare & esser donato
Experior	riris	expertus	sum p esperimétare & esser espe.
Veneror	raris	ratus	sum p honorare & esser honora.
Moror	raris	ratus	sum p ritardare & esser ritardato
Osculor	aris	latus	sum p basciare & esser basciato
Hortor	taris	tatus	sum p cóforțare & esser cóforta.
Criminor	aris	atus	sum p incolpare & esser incolpa.
Amplector	cteris	xus	sum pabbracciare & esser abbra.
Interpretor	taris	tatus	sum per esponere & esser esposto.
Hospitor	taris	tatus	sum per albergare & esser alberg.

Largior,experior,ueneror,moror,osculor,hortor,
Criminor,amplector,tibi sint communia lector.
Si bene connumeres,interpretor,hospitor addes.

De uerbis Deponentibus.

NOta, quòd uerbum deponens possessiuum est illud, quòd desinit in or, & non formatur a uerbo desinente in o, & uult ante se nominatiuum agentem, & post se genitiuum patientem, uel ablatiuum sine præpositione: ut, Ego utor pane, & misereor tui.

Vtor teris usus sum per usare cose utili, honeste, necessarie: & per conuersare: ut, Te familiariter utor,
Vescor uesceris sine præterito, & supino, per usar cibi, id est, mangiare.
Fruor frueris ctus uel fruitus sum per godere
Fungor geris ctus sum per usar officio & dignita,ut, Officio, uel prætura functus sum.

butor eris usus sum per usare in mala parte unde abusus.

Hæc quinque uerba iunguntur ablatiuo tantum.

otior teris, uel potiris citus sum per ottenere cosa desiderata: & construitur cum genitiuo, & ablatiuo etiam cum accusatiuo, sed raro.

Recordor daris datus sum per ricordarsi
Obliuiscor sceris oblitus sum per dimenticarse.

Recordor, reminiscor, & obliuiscor tam genitiuo, quam accusatiuo iunguntur.

Misereor reris sertus sum per hauer misericordia, genitiuo iungitur.

Vtor, cum fungor, fruor, & uescor, potiorq;
Atque obliuiscor, reminiscor, adde recordor,
Deinde & misereor, genitiuum iungito sexto.

NOta, quòd uerbum deponens Acquisitiuum est illud, quod uult ante se nominatiuum agentem, & post se datiuum patientem: ut, Ego auxilior tibi.

Auxilior	aris	atus	sum per aiutare
Patrocinor	aris	natus	sum per aiutare in lite
Suffragor	garis	gatus	sum per dare la balotta, ouero la uoce in fauore: unde suffragium.
Famulor	laris	latus	sum per seruire: unde famulus
Ancillor	laris	latus	sum per seruire: unde ancilla
Dominor	naris	natus	sum per signoreggiare
Blandior	diris	ditus	sum per accarezzare
Adulor	pen.p.	laris latus	sum per lusinghare
Medeor	deris	sine præt. & sup.	per medicare
Aemulor	laris	latus	sum per seguir a concorrenza
Confiteor	teris	fessus	sum per confessare

& potest habere accusatiuum: ut confiteor Deo peccata mea.

Auxilior, famulor, ancillor, blandior, atque
Insidior, medeor, cum polliceor, dominatur.
Generor, aduersor, post hæc tu iunge datiuum.

NOta, quòd uerbum deponens Transitiuum est illud, quod uult ante se nominatiuum agentem, & post se accusatiuum patientem. ut, Ego sequor Christum.

Sequor	sequeris	cutus	sum
Sector	taris	tatus	sum per seguire
Prosequor	queris	cutus	sum per incalzare, cioè dar la fuga

Predor daris datus sum per rubare
Solor laris latus sum
Consolor pen. pro. laris latus sum per consolare
Vaticinor naris natus sum
Auguror pe. cor. raris ratus sum per indouinare
Lucror craris cratus sum per guadagnare.
Superlucror craris cratus sum per auanzare
Aggredior deris gressus sum per assalire,

Prosequor, atq; sequor, meditor, consulor, opinor,
Auguror, & prædor, lucror, reor, aggrediorque,
Sortior, & solor, populor; queis addito quartum.

NOta, quòd uerbum deponés effectiuum est illud, quod uult ante se nominatiuum patientem, & post se ablatiuum agentem sine præpositione, uel accusatiuum cum præpositione, ob aut propter: ut, Ego lætor pace, uel ob, aut propter pacem.

Lætor taris tatus sum per allegrarsi
Glorior riaris riatus sum per gloriarsi
Delector ctaris ctatus sum per dilettarsi
Tristor staris status sum per attristarsi
Verecundor daris datus sum per uergognarsi
Crapulor laris latus sum per mangiar troppo
Expergiscor sceris perrectus sum per isuegliarsi.

Crapulor, & lætor, delector, glorior, adde,
Atque uerecundor, cum tristor, bacchor, habebit.
Hæc solos sextos, uel quartos applico propter.

NOta, quòd uerbum deponens Passiuum, est illud, quod uult ante se nominatiuum patientem, & post se ablatiuum agentem cum a, uel ab: ut, Ego orior a bono patre.

Orior oreris uel oriris ortus sum
Nascor nasceris natus sum per nascere
Renascor nasceris natus sum per renascere
Patior teris passus sum per sostenere

Et plerunque cum accusatiuo, Cic. ista non modo homines, sed ne pecudes quidem passuræ uidentur.

Nascitur atque oritur, patior coniunge renascor.
Hæc ablatiuis simul a, coniungimus absque.

NOta, quòd uerbum deponens absolutum est illud, quod uult ante se nominatiuum agentem, & post se accusatiuum, uel ablatiuum cum præpositione: ut, Ego proficiscor ad ædem. Tu reuerteris ab urbe: præterquam in nominibus urbium, & aliis

aduerbialiter positis: ut, Ego gradior Romam; tu Venetias: Ille domum.

Gradior	deris	gressus	sum	
Proficiscor	sceris	fectus	sum	per andare & partire.
Regredior	grederis	gressus	sum	per ritornare
Queror	reris	questus	sum	
Conqueror	reris	questus	sum	per lamentarsi
Latinor	naris	natus	sum	per latinare
Ratiocinor	naris	natus	sum	per far conto.
Argumentor	taris	tatus	sum	per argomentare.

Labitur,& gradior, proficiscitur,atque reuertor.
Versificor,nugor,queritur,coniunge lamentor,
Conqueror,atque iocor, nec non ratiocinor adde;
Hæc nullum casum post, deponentia poscunt.

De uerbis impersonalibus.

VErbum est duplex,scilicet Personale, & Impersonale. Personale est illud,quod uariatur per tres personas,& duos numeros,& recipit suppositum per nominatiuum casum: ut,Ioannes amat uirtutem. Impersonale est illud,quod caret numeris, atque personis,& recipit suppositum per obliquum: ut, Me tedet,&, A te seruitur.

VErbum impersonale est duplex,scilicet actiuæ uocis,& Passiuæ uocis. Actiuæ uocis est illud, quod desinit in t, ut Pœnitet. Passiuæ uocis est illud,quod desinit in tur, ut Seruitur. & uult ante se ablatiuum agentem cum a, uel ab, & post se casum sui uerbi personalis,nisi ueniat ab actiuis,&a neutris transitiuis, quia tunc non admittit accusatiuum patientem: ut, A me amatur, id est, Ego amo,& a Petro seruitur Christo, id est, Petrus seruit Christo. Plerunque sine casu ponuntur, ut legitur, Statur, & Curritur.

Hæc uerba Benefit Malefit, & satisfit, uolunt ante se ablatiuum agentem cum a uel ab, & post se datiuum patientem; ut, A Deo benefit hominibus, & sunt semper impersonalia. Fit, etiam reperitur impersonale. ut, Ita fit,& fieri solet.

VErbum impersonale passiuæ uocis descendit a uerbis desinentibus in o, quæ habent ante se nominatiuum agentem: & sunt ista: uerbum actiuum,ut ab amo amatur:

Neutrum acquisitiuum,ut a seruio seruitur;
Neutrum transitiuum;ut ab aro,aratur;
Neutrum absolutum,ut ab eo itur.

INtereſt & refert, per appartenere, & per importare, quando habent poſt ſe infinitum, ſunt imperſonalia, & uolunt ante ſe genitiuum: ut Virgilij intereſt legere: Petri intereſt eſſe bonum. non autem boni, exceptis mei, tui, ſui, noſtri, & ueſtri, loco quorum ponimus, mea, tua, ſua, noſtra, & ueſtra: ut, Mea intereſt ſcribere, & cuia intereſt, & cuius, & in plurali quorum. Similiter dicitur, Mea ſolius intereſt, & Noſtra ſolum refert. Intereſt, & refert conſtruuntur etiam cum his genitiuis, magni, parui, tanti & quanti, ut, Magni intereſt, & parui refert, & cum multis aduerbijs, ut multum, plus, nihil, maxime, &c. Si autem non habent poſt ſe infinitum in hac ſignificatione, ſunt perſonalia in tertiis perſonis tantum, & uolunt ante ſe nominatiuum, & poſt ſe, genitiuum, exceptis mei, tui, ſui, noſtri, & ueſtri, loco quorum ponimus, mea, tua, ſua, noſtra, & ueſtra. ut, Hoc intereſt noſtra. nam cum his pronominibus tantum ponitur uidelicet illud, ipſum, iſtud, hoc, & id, & cum relatiuo quod Dicitur tamen, Nihil tua intereſt: &, Sermo tuus intereſt noſtra.

PErtinet, & ſpectat, & attinet quando habent poſt ſe infinitum ſunt imperſonalia, & uolunt ante ſe accuſatiuum cum præpoſitione ad: ut, Ad me pertinet legere, ſi autem non habent poſt ſe infinitum, ſunt perſonalia; & uolunt ante ſe nominatiuum, & poſt ſe accuſatiuum cum præpoſitione ad: ut, Studium pertinet ad iuuenem.

HAec uerba Liquet (quod caret præterito) Licet, Libet, Placet, Accidit, Contingit, Conuenit, Expedit, Euenit, Suppetit, Vacat, & Reſtat, quando habent poſt ſe infinitum, ſunt imperſonalia, & uolunt ante ſe datiuum: ut, Militi placet pugnare. Si autem non habent poſt ſe infinitum, perſonalia, & neutra acquiſitiua ſunt, & uolunt ante ſe nominatiuum agentem, & poſt ſe datiuum patientem ut, Virtus placet bonis, Libet tamen. Accidit, & licet in hac ſignificatione præterquam in tertijs perſonis in utroque numero non inuenies.

HAec uerba Decet, Dedecet, Iuuat, Delectat, & Oportet quãdo habent poſt ſe infinitum, ſunt imperſonalia, & uolunt ante ſe accuſatiuum: ut, Bonos decet bene uiuere. Si autem non habent poſt ſe infinitum, ſunt Perſonalia, & Neutra tranſitiua, & uolunt ante ſe nominatiuum agentem, & poſt ſe accuſatiuum patientem; ut bona uerba delectant me. Decet, Dedecet, Delectat, & Oportet, perſonalia, præterquam in tertijs perſonis utriuſque numeri in uſu non ſunt.

HAec uerba Pœnitet. Tædet, Miseret, Piget, & pudet semper sunt impersonalia & uolunt ante se accusatiuum patientem & post se genitiuum agentem, uel infinitum ut me Pœnitet laboris, uel peccare. Pudet inuenitur cum nominatiuo & singulari & plurali. Miseret infinito non iungitur.

Pœnitet, & tædet, miseret, piget, ac pudet, ista
Accusatiuis coniungimus, & genitiuis.

HAec uerba incipit, Desinit, Debet, Solet, Potest, & uult, iuncta cum infinitis, impersonalium sunt impersonalia & uolũt ante se, & post se illos casus, quos illa infinita: ut, Bonos uiros solet tædere uitiorum si autem iungantur cum infinitis personaliũ sunt personalia & uolunt illos casus, quos illa infinita ut, Virtus debet Placere hominibus. Volo tamen semper est personale.

De Infinitis.

INfinita dicuntur quia non habent certos, ac determinatos numeros nec personas. Infinita uerborum personalium uolunt ante se accusatiuum eius naturæ, cuius est suppositum sui uerbi infiniti, & post se casus eiusdem: ut, Pater gaudet filium incumbere studiis bonarum artium: &, Intelligo te doceri multa a tuo præceptore, qui cupit discipulum frui felicitate. Infinitum uerbi similium copulatiui uult similes casus ut Miror te esse deformem: Lætor te euadere peritum. Tu affectas uideri sapiens, Hæc optauit uiuere pauper: &, Hic cupit esse tuus. Verba famulantia, personaliter sumpta cum huiusmodi infinitis utrinque regunt nominatiuum, ut, Tu incipis esse prudens. Hic desinit apparere tristis: & Nos iam possumus uiuere læti. Ponitur etiam infinito pro præterito imperfecto sui uerbi indicatiui, & construitur cum nominatiuo tam singulari, quam plurali: ut, Iuuentus arma capere. id est, capiebat &, Omnes mihi, inuidere, & mordere, pro inuidebant & mordebant. Infinita uerborum impersonalium uocis tam actiuæ, quam passiuæ seruant constructionem suorum uerborum: ut Credo tua, uel Petri interesse sequi Christum, Gaudemus tibi placuisse studere sacris litteris, & cognosco te tui peccati Pœnitere. Volo a te amari: & a me incipit legi.

De aduerbiis interrogatiuis Localibus.

INterrogatiua aduerbia localia sunt sex; scilicet. Vbi. Quo, Vnde, Qua, Quorsum, & Quousque. Vbi significat in loco ut ubi habitas? Et ponitur relatiue; ut, fui ubi tu. Et infinite: ut ubi eris, te inueniam, Quò ad locum, ut, Quò uadis? Vn-

de de loco;ut, Vnde uenis? Quà per locum:ut qua transis? Quorsum, uersus locum: ut, Quorsum tendis? Quousque usque ad locum ut, Quousque ibis? uel usque ad tempus: ut, Quousque studebis?

HAec aduerbia significant in loco, Hic, istic, illic, intus, foris, ibi, ubi, usquam, & nusquam; & composita ab ubi & ibi. ut Alibi, nullibi, ibidem, alicubi, sicubi, necubi, ubique, ubiuis: ubilibet, & ubicunque.

HÆc aduerbia significant ad locum, Huc, istuc, illuc, intro foras, aliò, aliquò, & alia composita a quò ut siquò, nequò, quouis, & quocunque, quolibet, illò, eò, & eodem.

HÆc aduerbia significant de loco, Hinc, istinc, illinc, intus, foris, superne, & inferne, celitus, funditus, inde, aliunde, alicunde: & alia composita ab unde, ut sicunde, necunde, undecunque, undelibet, & undeuis.

HÆc aduerbia significant per locum, Hac, istac, illac, & alia aliqua, utraque, illa, eà, & eadem, & composita à Quà, ut siquà nequà, quacunque, quauis, & qualibet.

HÆc Aduerbia significant uersus locum, Horsum istorsum, illorsum, sursum, deorsum, dextrorsum, sinistrorsum, retrorsum, seorsum, aliorsum, aliquorsum, & cætera composita a Quorsum: ut, siquorsum nequorsum.

HÆc aduerbia significant usque ad locum, uel usque ad tempus Hactenus, hucusque, istucusque, illucusque, eousque, quousque, & quonamusque. Aduerbia, quæ geminantur, quæ assumunt Cunque, exigunt duo uerba, ut, Ero quoquo ueneris, & Vbicunque fueris, ueniam.

NOmina oppidorum, urbium, & aliquorum locorum propria primæ, uel secundæ declinationis aduerbialiter posita in genitiuo significant in loco; ut Iacobus est Veronæ. Si sunt tertiæ uel tantum pluraliter declinata, ponuntur in ablatiuo sine præpositione; ut, Fui Carthagine, Studui Venetijs. In accusatiuo ad locum, ut, Vado Romam, Patauium, Carthaginem, Pisas in ablatiuo de loco ut Venio Roma, Patauio, Cartagine, Pisis. similiter per locum, ut Transiui Roma, Patauio, Carthagine, Pisis. Versus locum in accusatiuo cum uersus postposita, & inclinatiua: Vt uado Romam uersus. In accusatiuo usque ad locum cum usque: ut Vado Romam usque. Cum his nominibus quandoque præpositiones inueniuntur, sed raro, ut ad Messanam uenerat: & Ab Athenis profectus fuit.

NOmina prouinciarum,& nomina appellatiua, similiter nomina fluuiorum,templorum,& aliarum rerum in ablatiuo, significant in loco cum in: ut, Ego uersor in foro. Tu es in Italia: in accusatiuo ad locum cum ad uel in: ut, Ad urbem, uel in urbem equito. In ablatiuo de loco cum de,uel a, uel ab, uel e, uel ex,ut, Ex agro,uel ab agro redeo. In accusatiuo, significant per locum cum per: ut, Per uiam cursito. In accusatiuo,uersus locum cum uersus:ut, Versus prætorium uado. In accusatiuo,usque ad locum cum, usque,& ab,uel in ut, Vsq; ad templum,uel usque in templum uado. Nomina propria uirorum,similiter admittunt præpositiones,ut iui ad Antonium. Cum Francisco cœnaui:& a Cæsare discessi.

ISta quatuor nomina,Domus, Humus, Rus, & Militia,quamuis appellatiua sint,sæpe tamen, ut propria ponuntur:ut, Domi tuæ sum, & Rus ibo. nam dicimus, Domi manet, domum uadit, & domo uenit, Humi iacet, & Humo surgit, Ruri manet, Rus uadit, & Rure uenit,sed in loco tantum dicitur. Militiæ fui. Inuenitur etiam belli in loco.

De Gerundijs.

GErundium in di tam adiectiuis, quæ regunt genitiuum, quam substantiuis nominibus adiungitur, & potest regere casum sui uerbi: ut si dicas: Est tempus legendi sacras literas, cognoui te cupidum discendi Christianam ueritatem:& consilio iugendi fidem huc uenisti, nam & sine casu ponitur ut,causa dicendi; librum emisti, & præsertim quando passiue ponitur: ut Gratia uidendi uenit mulier. i. ut uideatur. De Gerundiuis, alia est ratio: dicimus enim per gerundiuum, Amandæ uirtutis causa. sic Cicero, Tempus omnium seruandorum. & Ter. Date copiam crescendi nouarum.

GErundium in do absolute ponitur: ut, Cantando tu illum? scilicet uicisti,& quandoque passiue capitur: ut, Cantando rumpitur anguis, id est, dum cantatur, nec in passiuis tantum, sed in deponentibus: ut, Medendo ægrescit ponitur etiam cum præpositionibus de, e, ex, ab, cum, & in: ut, De apte dicendo, A scribendo uacas & In opere faciundo. De loco non gerundio, sed nomine utimur: nam dicimus redeo a pugna,non pugnando.

GErundium in dum, absolute ponitur ut, Legēdum est. Eundum est. ponitur etiam cum præpositionibus inter, & ad, ut, Inter cœnandum, & ad petendum pacem. nam ad petendum

dam pacem gerundiuum est, quemadmodum In legendis libris. Et cum uerbo substantiuo necessitatem significat, ut, Legendum est, id est opus est legere.

De Supinis.

SVpinum in um, cum uerbis motum ad locum significantibus, & sine præpositione ponitur regitq; casum sui uerbi: ut Ego eo auditum orationem. Supinum in u adiungitur adiectiuis, & Passiue capitur: ut Mirabile uisu, incredibile dictu, scilicet ut uideatur, & dicatur.

De Participijs.

PArticipium est pars orationis, declinabilis; quæ pro uerbo ponitur, Genus, & casum habens ad similitudinem nominis, Tempora & significationes ad similitudinem uerbi, Numerum & figuram ad similitudinem utriusque. Participium ante se nullum casum postulat, sed substantiuo præcedenti adhæret, & post se casum sui uerbi exigit. Participium in ans uel in ens præsentis & præteriti imperfecti temporis est, ut amans, & legens in tus, in sus, in xus & unum in uus, præteriti perfecti, & plusquam perfecti temporis est, ut amatus, uisus, amplexus, & mortuus. In rus & in dus futuri temporis est, ut amaturus & amandus. Participium in ans uel in ens formatur a prima persona præteriti imperfecti indicatiui modi, ut amabam, bam in ns, fit amans: sequebar, bar, in ns, fit sequens. Eo is mutat bam, in ns, & facit iens euntis: & queo quis quibam facit Quiens queuntis. In rus formatur ab ultimo supino, ut amatum amatu, addita rus fit amaturus: orior tamen facit oriturus. In tus, in sus & in xus formatur ab ultimo supino: ut lectum lectu, addita s, fit lectus. Visum uisu addita s, fit uisus Amplexum amplexu, addita s, fit amplexus: a Morior tamen fit mortuus, cum deberet facere morituus, quia supinat moritum moritu. In dus formatur a genitiuo sui præsentis participij: ut amans amantis, tis in dus fit Amandus.

A Verbo actiuo duo descendunt participia, unum præsentis & præteriti imperfecti temporis in ans, uel in ens; ut, amans & legens: alterum futuri in rus; ut amaturus & lecturus. Præter infrascripta uerba, quæ solum participium præsentis temporis habent, cum careant supinis.

Ambigo, Compesco Disco, Poscoq;, Refello.
Lambo, uel lingo, Metuo, Timet, Vrgeo, Caluo,
Linquo, uel Sugo, Renuo, Fugit, Vilo, Feritque,

Respuo cum Cerno, propriis caruere supinis.
Ango, atque Dispesco pescis, per dispartire.

A Verbo passiuo duo descendunt participia, unum præteriti perfecti & plusquam perfecti temporis, in tus, in sus, & in xus ut, amatus, uisus, & nexus, alterum futuri in dus, ut amandus, uidendus, & nectendus. Præter supradicta uerba quæ habent solum participium futuri temporis, in dus, ut discor discendus, poscor poscendus, quia carent supinis, Inueniuntur quædam participia, quorum uerba in usu non sunt; ut Decursus, Regnatus, & Laboratus, nam Decurror, Regnor, & Laboror non dicitur. Verba quoque neutra transitiua cum etiam passiua habeant in tertijs personis, in tus & in dus participia habebunt, ut Aratus, & Arandus.

A Verbo neutro duo descendunt participia, unũ præsentis & præteriti imperfecti tẽporis, in ans uel in ens; ut uapulans, & seruiens: alterum futuri in rus; ut uapulaturus, & seruiturus; præter omnia uerba desideratiua, ut lecturio: & mediatiua, ut horresco, quæ ut plurimum carent supinis: & præter uolo uis, & uerba secundæ coniugationis, quæ si faciunt præteritum in ui diuisis syllabis, raro habent supinum ut, caleo cales lui, præter ista contenta in uersu sequenti. Pla, ta, no, pa, la me, sunt, o, li, ua, ca, do. Hoc est, placeo, placitum; Taceo, tacitum; Noceo, nocitum; Pateo, passum; Lateo, latitum; Mereo, meritum; Oleo, olitum; Liceo, licitum; Valeo, ualitum; Careo, caritum; Doleo, dolitum. Aliqua etiam sunt neutra, quæ habent tria participia: ut, Cœnans, cenatus, & cœnaturus: unde uersus.

Nubo, placet, pateo, suesco, cum prandeo, iuro,
Et mereo, titubo, ceno Hoc est, nubo facit nupta
Placeo, placitus; pateo, passus; suesco, suetus;
Prandeo, pransus; Iuro, iuratus, mereo, meritus;
Titubo, titubatus; Cœno, cœnatus.

Similiter & neutro passiua habent tria participia, ut gaudens gauisus, & gauisurus,

unde uersus.

Gaudeo cum Fio, soleo, simul Audeo, Fido.

Sed Fio notandum est; quod habet tantum facturus, & faciendus. nam fiens in usu non est nec fiendus, Facturus a Facio, Futurus a sum siue a Fuo uerbo antiquo.

A Verbo communi descendunt quatuor participia: in actiua significatione duo, unum in ans, uel in ens, ut criminans,

& largiens ; alterum in rus, ut criminaturus, & largiturus. In passiua duo, unum in tus uel in xus, ut criminatus, & amplexus alterum in dus: ut criminandus, & amplectendus. Participia uero præteriti temporis in utraque significatione sunt: ut Hortatus Paulum, & hortatus a Paulo.

A Verbo deponenti tria descendunt participia, ut sequens, secutus, & secuturus. Quandoque participium præteriti temporis passiue capitur: ut, Fido comitatus Achate, Nunc oblita mihi tot carmina, & meditata sunt mihi omnia mea incommoda præter ea, quæ carent supinis.

Vnum dat uescor, medeor, liquor: & reminiscor,
Quinque dabunt nitor, metior geminante supino.
Faciunt enim nixum, & nisum, mensum & metitum.
Quorum uixum, & mensum in frequenti usu inuenies.

A Verbo deponenti descendit etiam participium in dus de ulu, præsertim si habet personam agentem in supposito, ut: Sequendus, utendus, & adulandus, quia olim communia fuere.

PArticipium transit in nomen quatuor modis. Constructione, ut doctus iuris & abundans lactis, quia non habet casum sui uerbi. Comparatione, quando participium, quod iam in nomen transiuerit, comparatiuum format, ut doctus doctior, & amans amantior. Compositione, ut inaratus, & indoctus: quia composita sunt cum præpositione, cum qua eorum uerba non componuntur. non enim dicitur inator, nec indoceor. Temporis amissione, ut uenerandus, id est, dignus, uenerari, uel dignus ueneratione; quia resoluitur non per uerbum futuri temporis, id est qui uenerabitur, sed per adiectiuum.

SI detur thema per participiũ, quod nõ inueniatur fit latinum per relatiuum, & uerbum eius temporis: ut, La terra in grassata del sangue Troiano ha prodotto molte biade. Humus quæ pinguit Phrygio sanguine, tulit multa segetes. Similiter si non habet uulgare sui uerbi: ut Hermolao, battendo i cattiui scolari, fa l'officio del buon precetore. Hermolaus, a quo mali discipuli uapulant, funditur officio boni præceptoris. Et etiam si relatiuum non cadit in nominatiuo: ut, La grammatica insegnata da me a te, ti sara ornamento. Grammatica, quam tu doctus, fuisti a me, tibi erit ornamento.

SI uero ponatur in consequentia, & quod inueniatur participium; ponitur in ablatiuo: ut. Leggendo il maestro;

gli scolari odono: Legente præceptore, discipuli audiunt. Venendo la primauera, gli ucelli cantano. Veniente uere, aues cantant. Dicitur etiam per nomen substantiuum, ut Imperatore Augusto, idest, Augusto Imperante, fuit pax in toto orbe. Si autem non inuenitur, resoluitur, per dum, donec, & postquam. ut, Venuta la Cisfilla, o rondine subito è la primauera. Postquam hirundo uenit statim uer adest.

De Comparatiuis.

COmparatiuum nomen est illud: quod compositiui intellectu, magis aduerbium significat ut albior, id est magis albus; & ulterior. i. magis ultra. Comparatiua fiunt a nominibus adiectiuis, quæ possunt augeri, & minui: ut albus albior, deter deterior, superlatiuum deterrimus. A participijs, ut amans amantior. A præpositionibus, ut post posterior. Ab aduerbiis, ut pridem prior. Quæ ueniunt a nominibus secundæ declinationis, formantur a genitiuo addita or, ut clarus clari clarior. Præter habentia uocalem ante us, quæ euphoniæ caussa comparatiua non formant, sed supplent per magis, & positiuum ut strenuus a, quo deberet fieri strenuior, fit magis strenuus; idoneus, magis idoneus, & magis pius. Et præter bonus melior, malus peior, magnus maior, paruus minor, multus plus, magnificus magnificentior, munificus munificentior, finister sinisterior, dexter dexterior. Quæ ueniunt a tertia declinatione formantur a datiuo addita or ut fortis fortior, iuuenis iuuenior, pro quo in frequenti usu est iunior. Ocyor a positiuo græco descendit, & facit ocyssimus. Quæ ueniunt a præpositionibus; desinunt in erior, ut Post posterior, ultra ulterior prope tamen propior facit. Ab aduerbijs fiunt comparatiua, ut pridem prior superlatiuum primus: penitus penitior penitissimus comparatiuum construitur cũ ablatiuo sine quam uel nominatiuo, aut aliis casibus cum quam: ut Cæsar fuit clarior Pompeio, uel quam Pompeius, supple fuit: & Neminem uidi sapientiorem Ioanne, uel quam Ioannem, & subintelligitur uidi, sic Nemini seruio gratiori te, uel quam tibi supple seruio. Ponitur etiam quam cum comparatiuis hoc modo, ut si dicas, Plus amo uirtutem, quam diuitias: &, Eges magis consilii, quam pecuniæ. Præter relatiua & negatiua; quæcum quam non ponuntur: ut, Cicero, quo nemo est eloquentior, caussam tuetur: &, Nullo milite es inferior, requirit etiam ablatiuum significantem excessum: ut, Sum longior te uno digito. Et omnes casus, quos habet suum positiuum, ut, sum stu-

diosior uirtutis Francisco: &, Tu es aptior me labori. A comparatiuis neutralibus fiunt diminutiua additione culus ut maius, maiusculus, grandius, grandiusculus; quæ & comparatiuorum tenet constructionem; ut, Thais est maiuscula me, uel quam ego: id est paulò maior. Abusio fit in comparatiuo tribus modis Constructione, Significatione, & Formatione. Constructione, quando non construitur more comparatiui, ut maior iuuenum: & dicitur de duobus tantum; ut, Manuum dextera est melior. Significatione, quando comparatiuum tantum significat, quantum positiuum, ut Senior masculini generis, pro senex; & Facio te certiorem, id est, reddo te certum. Aut minus significat: ut tristior, idest, quasi tristis. Aut contrarium: ut mare Ponticum est dulcius, quam cætera maria, idest, minus amarum, Formatione quando irregulariter formatur: ut, Malus, peior; uel substantiua comparantur, ut Neronior, id est crudelior: uel pronomina, ut Ipse ipsior, id est, similior. Fit etiam mala comparatio inter diuersas qualitates: ut, Nix est albior coruo. Piu & meno quando significat pondus uel mensuram, fit per plus & minus: & substantiua in genitiuo ponuntur: ut, Habeo plus olei te, & minus farinæ mercatoribus. Quando significat numerum, fit per plures, & pauciores: ut, Ego lego plures libros te Ad bonam comparationem quatuor requiruntur; Res comparata, Res, cui comparatur, Qualitas, & quod Qualitas communicet cum utroque. ut, Virtus est melior auro. Comparatio fit ad unum sui generis. ut, Cæsar fuit fortior Pompeio. Ad unum alterius generis: ut, Herba mollior somno. Ad plures, alterius generis: ut, Nerine candidior cygnis. Ad plures sui generis, ut Hector fuit fortior Troianis. sic Ouidius, Tanto uirginibus præstantior omnibus Herse Ibat: quod & superlatiuum dicitur: ut, Hector fuit fortissimus Troianorum, & Herse præstantissima omnium uirginum.

De Superlatiuis.

SVperlatiuum nomen est illud, quod ad plures sui generis comparatum superponitur omnibus, uel per se prolatum habet intellectum sui positiui cum maxime aduerbio, ut fortissimus iuuenum id est maximè fortis super iuuenes, & fortissimus Cæsar, id est, maximè fortis. Superlatiuum formatur a Nomine, ut doctus doctissimus a Participio, ut amans amantissimus: a præpositione, ut ultra ultimus: ab Aduerbio, ut sæpe sæpissimus. Quæ ueniunt a nominibus secundæ declinationis,

formantur a genitiuo addita s, & simus: ut, Doctus, docti, doctissimus. Maturus maturi maturissimus Dicitur etiam maturimus, ab antiquo nomine matur: sic ueter (pro quo nunc dicitur uetus facit ueterrimus. Excipiuntur bonus optimus, malus, pessimus, magnus maximus, paruus minimus, multus plurimus, munificus munificentissimus, magnificus magnificentissimus, maledicus maledicentissimus; sic a potis, potissimus. Nomina in er tam secundæ, quam tertiæ declinationis formant superlatiua a nominatiuo addita rimus, ut, Niger nigerrimus, acer acerrimus, satur saturrimus, celebris etiam facit celeberrimus. Excipitur dexter dextimus, & sinister sinistimus. Quæ ueniunt a tertia declinatione, formantur a genitiuo addita simus ut utilis utilissimus, sapiens sapientissimus, præterea, quæ in limus terminant superlatiuum, quæ in hac dictione Faghus continentur. Dat tibi quinque limus, quæ signat nomina Faghus, id est, Facilis facillimus, Agilis Agillimus, Gracilis Gracillimus, Humilis Humillimus, Similis Simillimus, & composita, ut difficilis & dissimilis. Senex iuuenis, adolescens superlatiuis carent, & neutro comparatiui. Similiter carent superlatiuis diues, memor rudis; & mediocris, A præpositionibus in ra fit superlatiuum in imus, ut ultra, ultimus: citra citimus: infra infimus, intra intimus: tamen supra, supremus facit: post postremus: extra extremus, & extimus; prope proximus: quod pro cognato positum accipit significationem positiui, & comparatur: ut, proximior, id est propinquior cognatus, absque superlatiuo. Ab aduerbiis quoque superlatiua formantur ut Nuper nuperrimus; sæpe sæpissimus; pridem primus, penitus penitissimus: Nouissimus extremum, & ultimum significant: ut, De naue nouissimus exi, id est, ultimus. Superlatiuum debet habere post se genitiuum pluralem cæterorum nominum, uel singularem nominis collectiui: ut Cæsar fortissimus Romanorum, uel populi Romani. Est autem collectiuum nomen, quod in singulari numero multitudinem significat ut populus gens, ciuitas, plebs, concio, turma cohors, legio, turba, uulgus. Superlatiuum potest habere omnes casus: quos habet suum positiuum ut, Omnium Romanorum Cato fuit laude dignissimus, & mihi quam gratissimæ tuæ literæ fuerunt, Superlatiuum substantiuo precedenti, uel sequenti concordat: ut, lilium est albissimum, uel albissimus florum.

De Figuris.

Figura est uitium cum ratione factum. Est autem duplex figura, Constructionis, & Locutionis. Figuræ Constructionis sunt octo, scilicet Prolepsis, Sillepsis, siue conceptio; Zeugma, Synthesis, Antiptohs, Euocatio: Synecdochæ, & Appositio.

Prolepsis est attributio proprietatis alicui toti, in suas partes diuiso; ut, Aquilæ uolant, una sursum, altera deorsum. In Prolepsi requiruntur quinque; scilicet Totũ partes eius. Determinationes partium, Proprietas, & ordo, totum est aquila; Pars, una & altera. Determinationes partium, sursum & deorsum; Proprietas, Volant; (nam in his figuris Proprietas est uerbum: uel adiectiuum) Ordo, ut totum præcedat, cui conuenit proprietas sequantur partes, a quibus ea discordat. Duplex est prolepsis, Explicita & Implicita. Explicita est illa, in qua sunt omnia requisita, ut Cerui currunt, unus tarde, alter uelociter, Implicita est illa in qua tacentur aliqua ut homines inuident alter alteri. deest, & alter alteri.

Syllepsis est diuersarũ dictionum sub plurali proprietate conceptio, ut rex & regina iusti. In syllepsi requiruntur quinq; Dictio concipiens, rex; Dictio concepta regina, Copula, & Proprietas, iusti, & quod proprietas sit numeri pluralis, & concordet in una parte cum Dictione concipiente, & discordet a concepta. Quatuor modis fit syllepsis, in genere, numero, persona, & casu. In genere masculinum genus concipit fœmininum, ut Rex & regina iusti. Concipit etiam neutrum, ut Dominus, & mancipium fortissimi. Fœmininum concipit neutrum: ut leges, & plebiscita coactæ. Neutrum quandoque concipit masculinum & fœmininum ut, Huit bella intestina, cædes, & tumultus grata fuere. In numero; numerus pluralis concipit singularem ut milites & tribunus currunt. In persona, prima concipit secundam, ut ego & tu legimus. Concipit etiam tertiam, ut ego & tu & Socrates, scribimus, secunda concipit tertiam: ut tu & Socrates curritis in casu, nominatiuus concipit alium casum cũ hac præpositione cũ, ut, Remo cũ fratre Quirinus iura dabunt: idest, Quirinus & frater Remus est autem duplex syllepsis directa, & indirecta Directa est quæ fit per similes casus: ut, Ego, & tu legimus. Indirecta, quæ fit per dissimiles casus, ut Andreas mecũ currimus, pro ego, & Andreas simul currimus, sic Virg. Iphitus & pelias mecũ diuellimur inde. i. Ego & Iphitus & pellias diuelli

mur : & , Hanc tecum genitor cunctis celebrabitis annis. i. tu & genitor celebrabitis hanc scilicet sollennitatem.

Zeugma est unius proprietatis ad diuersas dictiones facta reductio, ita quod proprietas in omnibus accidentibus uiciniori conueniat: ut, Ego, & tu curris uel, Cœli, & terra mouenda est, aut, Cœli mouendi sunt & terra. In Zeugmate requiruntur quinque, Diuersa subiecta, Copula, Proprietas pluralis uel singularis numeri, reductio proprietatis, & quod proprietas concordet uiciniori: Diuersa subiecta, Ego, & tu Copula, & proprietas, curris: Reductio proprietatis: ut si dicas, Ego & tu curris, sub intellige etiam curro: Quod proprietas concordet uiciniori: ut Ego, & tu curris. In tribus accidentibus fit Zeugma, in genere, numero, & persona in genere, ut rex & regina iusta. In numero, ut milites, & Imperator pugnauit. In persona, ut ego, & tu legis. Triplex est Zeugma, a superiori, a medio & ab inferiori. A superiori, cum proprietas superponitur: ut, Curro ego, & tu. A medio cum proprietas interponitur: ut, Ego curro, & tu. Ab inferiori, cum proprietas postponitur: ut, Ego & tu curris.

Sinthesis est attributio proprietatis uni subiecto, uel pluribus copulatis, non gratia uocis, sed significati. ut Anser fœta; uel Scipio & Lælius admirantes. Tria requiruntur ut in synthesi. Vnum subiectum, uel plura copulata; Proprietas; Attributio proprietatis concordans cum significato, & discordans cum uoce: ut, Pars in frustra secant. Subiectum est pars proprietas secant, quæ conuenit significato: quia fuere aliqui Troiani & discordat a uoce in numero, quod cum nominibus collectiuis, & promiscuis fieri solet. Fit autem Synthesis in genere & in numero. In genere, ut Præneste sub ipsa, intellige ciuitatem, nam Præneste est generis neutri. In numero ut turba ruunt. nam multi sunt. In genere, & in numero, simul: ut, Gens armati, intellige homines.

Antiptosis est attributio casus pro casu ad aliquam proprietatem: ut, De aqua non est in puteo, id est aqua: & urbem, quam statuo, uestra est. Sic Terentius, Populo ut placerent, quas fecisset fabulas. Fit etiam in obliquis: ut, It clamor cœlo, pro ad cœlum. Tria requiruntur in antiptosi: Vnum subiectum, ut Vrbem; Vna proprietas, ut quam statuo uestra est: &, quod casus ponatur pro casu; ut urbem pro urbs: unde construere debes; Vrbs, quam statuo, uestra est.

Euocatio est attributio proprietatis cuidam rei demonstratæ

per demonstratiuum pronomen primæ : uel secundæ personæ utriusque numeri : ut, Ego Virgilius cano, Tu Cicero oras ; Nos poetæ fabulas canimus ; Vos philosophi naturam Admiramini. In euocatione requiruntur quatuor Dictio euocans, Ego: Dictio euocata tertiæ personæ, Virgilius: Absentia copulæ, quia non dicimus, Ego & Virgilius : sed Ego Virgilius : Proprietas, Cano; sic tu Cicero oras, nam proprietas debet esse primæ, aut secundæ personæ.

APpositio est immediata coniunctio substantiuorum, Alterum ad declarationem alterius : ut Auxiliumq; uiæ ueteris tellure recludit Thesauros. &, Cato uir iustus. In appositione requiruntur tria Dictio apponens, id est, determinans, Dictio apposita, idest, determinata, & Proprietas, ut animal homo currit. Fit autem appositio tribus de causis: Primo gratia generalitatis restringendæ, ut Animal asinus currit: Secundo gratia æquiuocationis tollendæ ; ut, Canis stella lucet. Tertio causa proprietatis attribuendæ; ut, Cæsar uir fortis. Et semper dictio apponens & apposita debet esse eiusdem casus. Possunt tamen esse diuersi generis, & numeri, ut, Miratur molem Aeneas, magalia quondam.

SInecdoche est cum proprietas partis attribuitur toti, ut Aethiops albus dentes. i. habens dentes albos. nam resoluitur per hoc uerbum habeo habes. Tria requiruntur in Synecdoche, scilicet Totum, proprietas, & Pars Totum Aethiops, Proprietas albus, Pars dentes: quæ & in ablatiuo ponitur, ut Crine ruber, niger ore, breuis pede, lumine læsus, Fit synecdoche per adiectiuum; ut, Os humerosque deos similis : Per participium; ut Dido uultu de missa profatur. quam nonnulli dicunt esse græcam constructionem, quia per participium est. Per uerbum ; ut, Expleri mentem nequit Dido. Fit synecdoche etiam quando ponitur numerus singularis pro plurali; ut, Armato milite complent, pro militibus : uel plurali ; pro singulari ; ut, Populo imposuimus, pro imposui ; & pectora pulsabat, pro pectus. Similiter pars pro toto, ut Puppes tuæ, scilicet naues : uel totum pro parte ; ut Venerit cum frigidus annus, pro hyeme. &, Fontem ferebat, id est aquam.

De Patronymicis.

PAtronymicum est illud, quod a proprijs nominibus patrum uel auorum deriuatur secundũ formam grecam, & significat filios uel nepotes, cum genitiuo primitiui : ut, Aeacides filius

Aeaci & Atlantides.i.nepos Atlantis, Abusiue tamen deriuatur a nominibus matrum ut Iliades.i.Romulus Iliæ filius. Similiter a regibus, ut Phaetontiades.i.sorores Phaetontis. A nominibus deorum pro patronymicis fiunt possessiua, ut a Saturno Saturnius.i.Iuppiter Saturni filius. Et similiter a propriis nominibus Latinorum ut Aemilianus, & octauianus ab Aemilio, & octauio. Duplex est Patronymicum masculinum, & fœmininū. Eius terminationes sunt quatuor, una masculinorū in des, ut priamides tres fœmininorum in as, in is & in ne, ut Pelias Priamis, & Nerine. Masculinum sic formatur si uenit a prima declinatione, formatur a genitiuo, ultima syllaba in breue conuersa, & addita, des, ut Aeneas, Aeneæ, Aeneades; Hippotes, Hippote, Hippotades. Si uenit a secunda declinatione, & genitiuus habet i solum, additur des, ut Priamus, priami, priamides si habet duo ij, ultimum i mutatur in a, & additur des, ut Mœnetius, Menœtij, Menœtiades Si uero desinit in ei, uertitur ei in i longum, & additur des; ut Theseus, Thesei, Thesides, Peleus, Pelei Pelides. Si uero a tertia declinatione formatur a datiuo addita des: ut Hector, Hectoris, Hectori, Hectorides. Fit abusio in patronymicis, Additione: ut Atlas, Atlantis, Atlantiades: nam deberet tacere Atlantides; Diminutione, ut Scipio Scipiades: deberet enim facere Scipionides; a nonnullis tamen Scipiades dicitur filius Scipio, non Scipionis patronymica fœminina in as & in is, formantur a masculinis remota de, ut Mœnetiades remota de, fit Menœtias & priamides Priamis, Patronymica masculina a nomine in eius, ut Peleus Pelides, faciunt fœminina in eis, ut Peleis Peleidis. Patronymica masculina sunt declinationis primæ, ut Hectorides Hectoridæ: Fœminina sunt tertiæ: ut Coronis, Coronidis, præter pauca in e longum desinentia primæ declinationis, græce tantum declinata: ut a Nereus Nerei, Nerine; Adrastus, Adrasti, Adrastine; Acrision & Eation faciunt Acrisione, & Eatione. Quæ hoc modo declinantur. Nominatiuo hæc Nerine, huius Nerines, huic Nerine, hanc Nerinem, ò Nerine, ab hac Nerinæ.

De uerbis inchoatiuis.

INchoatiua uerba sunt, quæ in so desinunt, & cū significatione primitiui quandā inceptionē significant ut uiso i. eo ad uidendum, facesso, eo ad faciendum. Nec fiunt ab omnibus uerbis, sed a paucis; & tertiæ coniugationis sunt, præteritis carent, & supinis; Neutra sunt, & sæpe numero pro primitiuis ponuntur.

De

De Meditatiuis.

Meditatiua, seu augmentatiua sunt, quæ meditationem, & exercitationem, sine augmentum significant cum primitio uerbo, & in sco desinunt: ut pinguesco. i. meditor, & exerceo, ut pinguęam, uel fio pinguis. Formantur autem a secunda persona præsentis indicatiui addita co, ut Ferueo ferues, Feruesco. & plerunque id significant, quod sua primitiua, Quæ omnia tertiæ coniugationis sunt, præteritis carent, & supinis sunt etiam neutra.

De Frequentatiuis.

Frequentatiua sunt, quæ frequentiam uerbi significant, ut moto, idest frequẽter moueo, & merso, id est, frequenter merso. Frequentatiua formantur ab extremo supino mutata u in o ut cursum cursu, curso; domitum domitu, domito. Si sunt primæ coniugationis, mutant a in i correptum ut, imperatum imperatu, imperito. rogatum, rogatu, rogito. uolatum, uolatu, uolito. Si præteritum in gi finitur, formatur a secunda persona præsentis indicatiui modi remota s, & addita to: ut Ago, agis, agito, Cogo, cogis, Cogito; Hæreo facit Hæreo facit Hæsito. Venio uentito; Quæro quærito, non quæsito; Lego legito, Scior & sciscitor per duplicationem primæ syllabæ sunt deponentia, quamuis Scio actiuum sit: ut Virg. 2. Æneid. Tum uero ardemus sciscitari, & quærere causas. Sequor facit sector, Minor minitor, & Amplector amplexor. Nosco quoque noscito facit, et noto pen. correpta. Omnia frequentatiua primæ coniugationis sunt.

De Desideratiuis.

Desideratiua sunt, quæ in rio desinunt: & affectum significant ut esurio. i. cupio edere; & cœnaturio, idest, cupio cœnare. Et sunt coniugationis quartæ, præteritis carent & supinis: Esurio tamen esuriui facit, & habet esuriturus. Neutra quoque sunt, et formantur ab extremo supino addita rio, ut esum esu, esurio; cœnatum cœnatu, cœnaturio.

De Diminutiuis.

Diminutiua sunt, quæ in lo desinentia significant diminutionem: ut sorbillo; id est, paulatim sorbeo, scribo scribillo, et sugo sugillo.

De Relatiuis.

Relatiuum est illud, quod rem ante latam refert iterum. Est autem duplex relatiuum, substantiæ, & accidentis. Re-

latiuum substantiæ est illud, quod refert substantiuum antecedens, ut qui, quæ, quòd, ille, is, ipse, idem, sui, suus, alter, alius, reliquus, &c. Relatiuum accidentis, est illud, quod refert antecedens adiectiuum ut qualis, quantus, cuius, cuias, quot, quotus, quæ quatuor modis ponuntur. Interrogatiue; ut quantus est mons Atlas? Relatiue ut magnus uel tantus est Atlas, quantus Athos. Infinite, ut nescio quantus sit. Admiratiue, ut Hei mihi qualis erat. Qualis est relatiuum significans qualitatem, cui respondent nomina, bonitatem, malitiam, colorem, & omnem qualitatem significantia: ut, Sapiens, iustus, pius, candidus, & similia, ut sum iustus, qualis es tu. Quantus est relatiuũ significans quantitatẽ cui respõdent nomina magnitudinem uel paruitatem importantia ut, Magnus, paruus, crassus, breuis, subtilis, & similia: ut Formica est parua, quantus est pulex. Cuius cuia cuium est relatiuum possessiuum, cui respondent nomina, uel pronomina possessiua. & primitiuorum genitiui: ut meus, tuus, suus, noster, & uester, regius, Euandrius, Pompeianus, Cæsarianus, Ciceronis, Melibœi, Clodii, & similia. ut, Cuium pecus? Cuium puerum hic apposuisti? uestri. Cuius uestri? Pamphili. Hoc in usu apud ueteres fuit, pro quo: nunc utimur genitiuo, cuius: ut? Cuius seruus? cuius ancilla? cuius prædia? Cuias est relatiuum gentile uel patrium, aut sectæ cui respondent nomina gentilia, uel patriæ, aut sectarum: ut, Venetus, Italus, Stoicus ut Cuias est Petrus? Venetus, Italus, Stoicus, cuias est Paulus, Quot omnis generis, & pluralis numeri est relatiuum significans numerum; cui respondent nomina numeralia, ut duo, tres, quatuor, quinque, decem, uiginti, mille, & huiusmodi: ut, Habeo decem aureos, quot tu, Accipi autem potest tam relatiue & infinite, quam interrogatiue. relatiue, ut, Tot nummos habeo, quot tibi sunt infinite, Scio quot nummos habes, interrogatiue, Plaut. in rud. Quot sunt? S. Totidem quot tu, & ego sumus. Quotus quota quotum est relatiuum significans ordinem, cui respondent nomina ordinalia: ut primus, secundus, tertius, quartus, & similia. ut Quotus est Cæsari inter sedentes? primus Quota hora uenisti? quarta. Significat etiam numerum, hoc modo: ut, Scit quota de Libyco littore puppis eat: &, Pars quota terrarum? Sic pars quota Lerneæ serpens erit unus echidnæ. In quibus quota, pro quanta, uel minima exponi potest. Loco omnium relatiuorum accidentis uti possumus aduerbio similitudinis: ut, Sum al-

ous, & magnus, ut, uel sicut tu. Quotuplex quotuplus, quotenis, quotenus, & alia, quæ nonnulli addiderunt, præterimus eum nusquam apud doctos legantur, non tollentes, propterea, quin & nomina sint species, aut formas referentia: ut, Simplex duplex triplex, multiplex. Et quæ pondus uel mensuram sub ratione numeri significant: ut, Simplus, duplus, triplus, decuplus centuplus: Et quæ diuisiua appellantur. ut, Singuli, bini, terni, quaterni, quini, seni, deni, uiceni, centeni. Quæ annos reddunt: ut, Biennis, triennis, quinquennis, decennis; quanquam anniculus, bimus, trimus, quadrimus, melius quam uniennis, biennis, triennis, & quadriennis, dicatur.

De nominibus uerbalibus.

NOmen uerbale est illud, quod a uerbo deriuatur. Verbale nomen masculinum desinens in or quomodo formatur? ab ultimo supino mutato u in or: ut, doctum doctu, u in or, fit doctor, & declinatur hic Doctor doctoris, qui docet. Verbale nomen fœmininum desinens in trix quomodo formatur? a uerbali masculino, mutata tor in trix, ut uenator, tor in trix fit uenatrix, & declinatur. Hæc uenatrix uenatricis, quæ uenatur. Verbalia, quæ in sor desinunt, non faciunt ex se nominatiuum, ut sponsor, præter tonsor, quod facit tonstrix, diminutiuum tonstricula, & tonstrina. & ab expulsor expultrix. Verbalia quem casum regunt post se? genitiuum ut persecutor malorum, & expultrix uitiorum. Verbalia in us, ut uisus, unde formatur? ab ultimo supino addita s: ut, Visum uisu addita s fit uisus. Verbalia in Io unde formatur? ab ultimo supino mutata u in io. ut uisum uisu: uisio. Verbalia, quæ ueniunt a prima coniugatione exeunt atio, ut Veto uetas uetitum, uetatio: præsto præstas præstitum, præstatio, licet dicatur sonitus, & crepitus. Frico fricas frictum, fricatio. Sectio tamen crebrius reperitur, quam secatio. Lauo, & poto, quia in otum habent supinum, formant uerbalia lotio & potio sic lotor & potor. Lotium tamen pro urina prima breui. Et quia inuenitur etiam lauatum potatum, fit lauatio & potatio lauator, & potator. Iuuo iuuas facit iutum: unde iutor & adiutor: a iuuatum fit iuuator, Verbalia in men unde formantur? a secunda persona: ut, Doceo doces, documen; Moneo mones monumen: quæ addita tum, formant alia uerbalia, ut Documentum, & monumentum. Bilis uerbalia passiuam habent significationem, & iunguntur datiuo; ut, Nec dictu affabilis ulli. Aliquando etiam sine

casu ponuntur : ut, Hæc res est laudabilis : & nihil est laudabilius uirtutes quæ & uiuo & mortuo est stabilis & firma possessio.
Sunt quædam uerbalia in ax ut, loquax, mordax, & alia multa.

De Heteroclitis.

HEteroclitum nomen est illud, quod diuersis modis declinatur : ut, Hoc uas uasis, hæc uasa uasorum.
Fit autem quattuor modis. Vnde uersus,

Et genus & numerus, sic declinatio, casus,
Nomen Heteroclitum reddere sæpe solet.

Hæc nomina in singulari numero sunt generis masculini, in plurali uerò neutri ut, Hic Sibilus, hæc Sibila.

Sibilus, & Cetus cum Tartara, Dindima, Auernus,
Supparus, Infernus, & Tenara, Balnea iunge.
Est locus, atque Iocus sic, Mænalus, Ismarus adde:
Singula sunt maris, pluralia neutra uidebis:
Sæpe Locos tamen, atque Iocos pluraliter audis.

Hæc nomina in singulari sunt fœminini generis in plurali uero neutri ut, hæc Carbasus, hæc Carbasa.

Carbasa, Rhetorica dic Altilis, atque Suppellex,
Pergamus, & Topica, simul Arbutus, Intuba iunge
est Zizania, Bucolica, atque Georgica, Pascua læta.

Hæc nomina in singulari neutra sunt, in plurali masculina: ut hoc Cœlum, hi Cœli.

Cœlum, cum Porro, Pilum, Argos. Rastra, Capistrum,
Et frenum mas est pluralis, singula neutri.
Frena tamen uidi sic Rastra, fila leguntur.

Hæc nomina in singulari neutri generis sunt, in plurali fœminini : ut, hoc Epulum : hæ epulæ.

Est epulum, Cæpe, cum Balnea, Vespere neutra.
Deliciumque simul, plurali deliciæque,
Singula declines, pluralia fœmina dices.

Hæc nomina carent nominatiuis & uocatiuis singularibus:

Ista Vicisq;, Necis, Dapis, Precis, & Ditionis.
Et frugis, Lateris hæc nomina sunt sine rectis,
Nec tamen inuenies, cum Viscere, Verberis adde.

Hæc neutra sunt, quæ in plurali carent genitiuis, datiuis & ablatiuis ut, Thura, Ora inuenitur tamen oribus.

Os, æs, mel, mare, rus, thus, uina, ac ordea farra.
Quæ tibi tres casus tantum pluralia seruant.

Hæc masculina sunt, quæ tantum singulariter declinantur.

Fumus, cum fimus sanguis, cum puluere limus,
Aer, sal pontus, sol mundus, uiscus, & æther,
Mascula sunt, quorum raro plurale uidebis.
Hæc fœminina sunt, quæ non nisi sigulariter declinantur:
Lux, litis, & tabes, mors, uita, fames, quoque labes,
Gloria, fama, salus, pax, humus, cum lue, tellus,
Et proles, soboles, raro pluralia cernes,
Adde senecta senectus, atque iuuenta iuuentus,
Moribus inuenies,
Hæc neutra sunt, quæ tantum singulariter declinantur:
Manna, solum, letum, cœnum, pus, fasque, nefasque,
Lacque, salum, uirus uer, æuum sicque necesse,
Iungis odor, seniumque, serum, queis adde metalla,
Aurum, ac argentum, ferrum, plumbumque, uitrumque,
Est stannum tamen inuenies pluraliter æra,
Nomina, quæ negant, si substantiua ferantur,
Cumque gelu, uulgus, pelagus, baculum, atque macellum.
Hæc masculina sunt quæ tantum pluraliter declinantur.
Primates, proceresque, sales, cani, atque penates,
Sicque fori, manes lemures, superique quirites,
Maiores, fasces, inferi, singula rarò. Ac etiam liberi,
Hæc fœminina sunt, quæ tantum pluraliter declinantur:
Induciæ, latebræ, thermæ, idus, atque Kalendæ,
Manubiæ, nonæ, feriæ, tum nundinæ, nugæ,
Excubiæ, facetiæ, opes, scalæque, minæque,
Exuuiæ, phaleræ, illecebræ primitiæ, iunges,
Inficiæ, insidiæ, inferiæ, exequiæque notabis,
Reliquiæ, exquiliæ, blanditiæ, quisquiliæque;
Cum nuptijs deliciæ, atque diuitiæ, suppetiæ,
Inuenies latebram, feriamque:
Singula declines nunquam, pluralia semper.
Hæc neutra sunt, quæ tantum pluraliter declinantur:
Mœnia cum pondo, præcordia, millia, & exta.
[illegible]ia cum castris, magalia seria tempe,
[illegible]t cum carchesis, mapalia, iungimus arma,
[illegible]itaque diuorum sponsalia singula raro:
Notandum quòd hoc nomen Vas in singulari numero est declinationis tertiæ, in plurali secundæ.
[illegible]as uasis ternæ, uasorum uasa secundæ,
[illegible]s in singulari habet tres casus, in plurali omnes.

'is uim uique dabit totum plurale tenebit.

Hæc duo nomina in ablatiuo solum de usu reperiuntur, scilicet sponte & celte,

abi uero in genitino, & tabo in ablatiuo.

mina interrogatiua, ut Quis: Distributiua, ut omnis: Relatiua, ut Qui: infinita, ut Quisnam: Negatiua, ut Nullus carent uocatiuis. Vnde uersus.

uæ quærunt, quæ distribuunt, referuntque negantque,
finita quoque casu caruere uocante.

omina arborum sunt generis fœminini, ut hæc Pirus, hæc Prunus. Atqui masculina sunt Oleaster, Dumus, & Rubus. Neutra sunt Robur, Suber, Balsamum, Hebenum, & Buxum. icitur tamen Hebenus, Buxus fœminini generis &c.

ructuum nomina sunt generis neutri, ut hoc pirum, & hoc pomum, Vnde uersus.

Arboreum fructum dicemus neutra notare.
Hæc tamen sunt generis fœminini:
Hæc nux, & castanea, iuglans, glans, ficus, oliua:
Auellana simul cum bacca iungimus uua.

INter Quis & Vter hoc interest, quod quis de duobus & pluribus dicitur, uter autem de duobus tantũ, ut quis, idest, qual de due, & piu di due: uter, qual di due. Ad quis respondetur per nomina de pluribus dicta, scilicet omnis, quilibet, quicũq;, idest ciascuno piu di due. Nullus, nemo, id est, niuno di piu di due. Aliquis unus, quidam, quisquam .i. alcuno di piu di due. Ad uter respondetur, per nomina de duobus dicta, ut uterq; uteruis .i. l'uno & l'altro di due, Neuter, niuno di due: alter l'uno di due: alteruter ò l'uno ò l'altro. Prædicta nomina genitiuo iunguntur, aut ablatiuo cum præpositione, de, uel, e, uel ex, ut, Vestrum, uel ex uobis uter est sapiens? Sunt etiã aduerbia, quæ dicuntur de pluribus, & quæ de duobus tantũ. De pluribus, ut ubiq; ubiuis, ubilibet, ubicunq,, nullibi, alibi, alicubi, usquam, uspiam, & nusquã. De duobus tantum, utrobiq; .i. in ciascun luogo di due. Alterubi .i. in un luogo di due. Qui componitur cum cunq; ut quicunq;. Quis geminatur: ut quisquis; & semper ponitur in eo casu in quo relatiuum: ut, Amo quicunq; laborat .i. omnẽ hominẽ. q laborat. Quisquis habet quicquid, tenet & tãtũmodo quoquo. Quis differt a qui, quoniã. Qui dicitur interrogatiue, relatiue, & infinite, Quis autem interrogatiue, & infinite tantum. Quis habet aliquas compositiones, quas non habet qui, & contra-

Cum quis namque piam, sine qui coniunge putasque.
Dam uis cunque libet Qui sine Quis retinet.
Quis habet quisnam, quisque, quispiam, & quisputas.
Qui retinet quadam; quiuis, quicunque, & quilibet.

De Orthographia.

A Separans m, uel u; abs, c, q, t; cætera uult ab;
Amitto, auello: abscondo, abscutit, abstineoque.
Abluit, abducens, abrumpit, aberrat, abundo.
Cum, fra, gra, rum, pa, mus in hæc Sub, Ob uariamus.
Non sic asporto, non aufert, aufugioque.
Ast operit, uel omitto iacit, tenet Absuit usq;.
R, non mutabunt ob., & ab: ut obruo, & abrumbo.
Cor, fra, grans, leuis, py, ra, sal, tans, Ad sibi mutant.
D, perit, ex aperit, stat in adsum, agnosco g seruat.
Consona bina fugant: d ascendo, aspergo, nec adsto.
Nisi sit l, aut r, ut applicat, approbo scripta notato;
D in c, & æ in i permutat Acquiro.
L si componas, aut r, con & in sibi mutant.
M uel b, uel p, n in m conuertere quærunt.
N g permutant, ignoro cognita dicent.
Vocalis iacit n, cohibet, coit atque coercet.
Excipias comedo, & comitor.
Ci, fus,, iu, pa, qua, si, tis, cum dis, cætera uult di.
S mutabis in f: sed bina consona fugant S.
Diiudico tamen inuenies, coniunge Disertus:
Da, nus, iun, ge, bat, linum, maris, e sibi iungit,
Editur, euello, eiicit, egerit, ebibit, atque
Eleuat, enabit, emergit, & eripit inde.
Ex alias fuit s, mutabitur f; ut effert.
Excubat, exonerans, exponens, extrahit, exit
Extruit, exanguis, excindit, expuit, expes,
Dens hinc le, mu, re, s, tin, i, p, de sibi quærit.

20

;citur esse Nepos ueluti nepa luxuriosus.
Sic natum nati, & post natum dice nepotem.
Duricies carnis Callus callis, uia stricta est.
Est montis collis, caulem dic esse uirentem.
Caula gregem claudit, capitis sub pondere
Collum est.
Esse collum dices, qua fœmina fila reducit.
Radios dic esse rotarum.
, Radij de sole nitescunt.
x, & durus in arbore cortex;
ıs, nullusque ligamine natus;
ɔer libertus habetur.
ɔerto a patre creatus.
Hic etiam libertus erit.
ɔ doctrina supinat in atum.
ı: præsto formabit utrunque.
ı, pendeo, pedo cædoque, tendo.
nant hæc omnia præteritorum.
is Lepor est, Lepus hic quoque syluis.
exu uirtute uir esto.
ueteres dixere Latini,
Cognatos matris habebant.
ı, sed auunculus est genitricis.
:ris soror, est matertera matris.
:tres generant, dices amitinos,
trueles scito creatos:
:minæ genuere sorores.
cuicunque soror mea nubit.
ıir est, mulier quoque fratris
fratris, soror atque mariti.
elcit aquis, celesteque signum,
ıcer, morbum potes ipse uocare.
nixque uocabitur arcus,
s, dicatur & Iridis arcus.
sic agaso suumque subulcus.
ouium upilio tibi pastor.
s dictus, bobusque bubulcus.

Est citò curriculò, sic curriculum tibi tempus.
Est spatium lus, uel lum, paruum & dicito currum.
Ac etiam cursum.
Hospes suscipiens, hospes susceptus habetur,
Est quoque qui nutrit, sic qui nutritur alumnus.
Qui uehit, & uehitur, uector solet esse uocatus.
Sex casus dices, fortunaq; casus habetur.
Euentusque malus, casum dic esse cadentis.
Sors notat euentum, signat quoque sors capitale,
Sors est fortuna, sunt sortes responsa deorum.
Grana molit mola, pro sacris mola salsa farina.
Magna est res, moles, Moles tibi sit quoque pondus
Falx metit, ast ardet fax, sed faux utraq; mandit,
Fas neutri generis significat licitum:
Dic Thetis hæc Thetidis, sic mater habetur Achillis.
Oceani coniux Thetys, sic Thetyos addis.
Alex hirundo canit nat hirudo, mouetur arundo.
Tigris gris fluuius sit. Tigris belua Gris Dis.
Populus hæc arbor, populusq; hic unio gentis:
Primum longato, debes breuiare secundum.
Alter dat partes, alium notat, atque secundum.
Lactea lac sugo: lacto, lac præbeo nato,
Cupressi conum dic, atque in casside cristam.
Cassis idis galea est, stant captæ in casse ferinæ.
Clauis claustra aperit, configit uulnera claua.
Clauus constringit tabulas, nauemque gubernat,
Penna uolat, pœna & punit pinna est tibi rete:
Pinnam, & pinnaculum muri dic esse cacumen.
Religio tibi sit metus, & ueneratio diuum.
Sunt fastidia tædia, sunt fastidia celsa.
Est hominis tergum, sed habebit bellua tergus,
Primum dat tergi, sed tergoris esto secundo,
Interdum uacuas dicemus tergora pelles,
Sinciput anterior capitis pars dicitur esse:
Occiput ad partem capitis dic posteriorem.
Dico ministerium famuli, mysteria sacra
Exemplar liber est, Exemplum scribis ab illo:
Quinq; annos lustrum dic, atque cubile ferarum
Circuitusque simul, purgatio sit quoque lustrum,
Clarificat, purgat circumspicit, omnia lustrat.

Igni ius coquitur, ius rectum, iusque potestas,
Est generis neutri, & iuris genitiuus habebit.
Cor urunt curæ, sed curam dicis amorem,
Pars capitis Tempus, spatium dic esse dierum.
Commoditas, aer dicetur; & optio rerum.
Hæc sutoris acus, sit quartæ, fœmineumque,
Hoc acus atque aceris ternæ purgatio grani.
Lima terit ferrum, sed limus sic tibi cœnum:
Obliquus limus, sed continet ostia limen;
Terminus est limes, dicatur semita limes.
Iudicium dices examen perspicientis,
Ast examen: apud collectio, lingua bilancis.
Sit strabo, quem limis oculis spectare uidemus.
Orbe carent orbi, natis, & patribus orbi:
Lucis egens cæcus frustra gestabit ocellos.
Vnum luscus habet, hebeti uel lumine cernit.
Lar domus esto tibi. Deus ipse domesticus est lar,
Lar focus, atque ignis, nec non penetralia sacra.
Pis Stips hæc nummus, tis Stipes in arbore truncus.
Hic stirps est radix, hæc stirps est clara propago.
Prunus habet prunum, sed prunam flamma perurit.
Pars anni breuior bruma est, tegit arua pruina.
Cardinis in porta est cardo, sed carduus agro.
Fundus ager, sed funda iacit, pars infima fundum.
Talus, taxillus, ludus, pars in pede talus.
Palma manus, arbor palma, est uictoria palma.
Pecten agit telas, lanam simul, atque capillos.
Pubes inferior Piscis, sic ordo choreæ,
Est pecten citharæ.
Hesperus in sero dicatur: mane uocetur.
Lucifer: at Venus est semper noctes que diesque.
Immemor oblitus tibi, fœdus & oblitus esto.
Obliuiscor habet primum: oblino gigne secundum.
Est breuis argutus, sit callidus, atque sonorus.
Et lentus pigrum flexibile, & ocia signat.
Quod si componas. Plenum signare uidebis:
Dat tria Discrimen, distantia glabra periclum.
Inuidus hic doleat, dum gaudet inuidiosus.
Collegam facit officium, comitem uia iungit,
Ipse labor socium tenet, & dabit esca sodalem.

Aſt amor æqualem pariter tempusque notabunt.
Sunt & in os & in or quædam facientia rectos,
Eſt labor, atque lepos, odor ac honor, additur arbos;
Iſta ſuis ex præbent, aut is nomina rectis,
Vomer cum puluer, ſic ciner, ſicque cucumer
Qui necat, occidit, moriens aſt occidit ipſe.
Primum cædo facit, cado uult formare ſecundum,
Cedo facit ceſſi, cecidi cado, cædo cæcidi
Cedo facit ceſſum, cado caſſum, cædoque cæſum.
Expecto Operior, tu operis ſecreta tegendo.
P duplex primo, ſimplex deſcribe ſecundo.
Stemma eſt nobilitas, ſtigma eſt punctuta uocanda.
Schema habitum dices, atque in ſermone figuram.
Fert gerit, oſtendit, patitur, dat, dicit, habetque,
Fert cupit, & turbat, ducit, confligit in armis,
Eſt ager hoc aruum, granum Eruum, ſulcus ab uruo,
Cogitat iſte putans, reperit qui excogitat ullum.
Admittit cum d recipit, ſine d quoque perdit.
Peccat, & admittit.
Orat qui rogat: & qui exorat, uendicat ullum.
Dic, duc, fac, & fer cognoſces, apocopata.
Pro dice, & fere, & face ponas, pro quoque duce.
Æſtus ſit Solis feruor, motusque marinus:
Condit qui cælat, facit, & diis conſecrat ipſis.
Lignum ſerra ſecat, ſera continet oſtia clauſa.
R geminat primum: ſimplex tu ſcribe ſecundum.
Conſtat compoſitum eſt, manifeſtum dicito ſæpe.
Conſtat & erigitur, ſic conſtat ſtare putatur,
Conſtat & eſt emptum,
Quod differre facit, Prænomen dicitur eſſe,
At nomen proprium poſitum ſibi uendicat omnis;
Cognomen uero & genus & cognatio ponit
Quod dabit euentus, tu Agnomen iure uocabis.
Vt Cnæus Paullus, Scipio, Creticus extat.
Cogit qui ſtringit, cogit quique ubera mulget;
Et cogit ſubigit, ſic colligit, & ſimul urget.
Pometum pomos, pomaria poma reſeruant.
Mœnia poſtque locos poſitos pomeria dices
Malus mala creat, ſed geſtat carbaſa malus;
Fœminei generis primum, maris eſto ſecundum.

Semen ager recipit, sed terra extollitur agger:
A breuis in primo est, g duplex scribe secundo.
Mentitur fallens, mendacia dicit aberrans,
Hic uehementer amat, diligit iste minus:
Dic gallos gentem, gallinas gallus habebit.
Atque sacerdotem Cybeles tu dicito Gallum.
Carmina qui scribit, canit, & qui fata prophetat,
Quique canit, cantat: laudans canit acta uirorum.
Arceo cum moueo, cum cogo arcere uocato.
Prothesis apponit caput; illud aphæresis aufert:
Sincopa d. medio tollit, quod epenthesis auget.
Aufert apocope finem, quem dat paragoge.
Legat qui mittit, ligat hic qui uincula nectit.
Le primam longa, li curtum pone secundo.
Ille tui similis, qui moribus æquiparatur,
Ille tibi similis, quisquis facie æquiparatur.
Qui fugat, expellit, fugit hic discrimina uitans:
Pulso sonans: pulso feriens, propulso repellens,
Truncus erit solus uitis, sed uinea plures:
Atque instrumentum dicatur uinea belli.
Dicitur alga maris, sed dicitur ulua paludis,
Est anima & uita, & uentus, sic halitus oris:
Est animus, atque ira simul.
Qui seruat, parcit, ueniam dans, is quoque parcit.
Signat, ago, recito, facio, refero, quoque duco,
Et tracto, insector.
Qui plangit, plorat plangit qui percutit ora.
Illatum uulnus, innatum dicitur ulcus.
Est uia, qua uadis, ratio uia dicis & usum.
Verro traho, uerro uerto, uerro quoque mundo.
Halant qui spirant, alit hic, qui præbuit escam.
Primo longato, debes breuiare secundum.
Frons frontis capitis, frons frondis in arbore crescit:
Est aqua fons, maris, at tu cætera fœmina dices.
Maiores incuso, paruos accuso, pare que.
Increpat, incusat, accusat quisque scelestum,
Incendit, cessat, seruit uacat; & superextat:
Et licet, atque caret, sic uacuare solet.
Discrimen dices, atque experimenta periclum,
Primum uult pereo, perior formare secundum.

Eminus a longe, sed comminus, à prope spectat
Eminus est primo, sed con manus esto secundo.
Dic Austrum esse Notum: Nothus est ex pellice natus
H fugit primum, sed tu aspirato secundum.
Nobilis, antiquus, uetùs est, & carus habendus.
Saltem si minus: at si saltas, dicito saltim.
Cæcus, & alatus, nudus, puer, & pharetratus.
Istis quinque modis dominus monstratur amoris.
Esse toros dices palearia, corpore pulpas.
Et sedes torus est pro lecto sæpe notatus,
Aspiras horam partem appellando diei:
Si non aspires, limbum dabit, & regionem.
Prora prior, puppis pars ultima, & ima carina
Dic nauem esse ratem, sic ligna natantia iuncta:
Naues, collectas plures: tu dicito Classem.
Dic uulnus plagam, regio est plaga, uel plaga rete,
Produces primum debes breuiare secundum.
Aures dic hominum, dic auriculas reliquorum:
Auricula est extans membrana, aurisq; foramen.
Vngula de brutis, digitorum dicitur unguis,
Auxilium designat opis, ops terra uocatur.
Diuitias opibus simul, auxiliumq; notato.
Lens lendis capiti, lens lentis conuenit ori.
Lentigo in facie nota fit rubicunda uocanda.
Vita fouet; corpus constringit uitta capillos;
Viuo facit primum, dices a uincio uittam.
Hæc acies oculi sit acumen, sit quoque cultri:
Et bello structas Acies potes ipse uocare.
Vltio uindicta est, simul, & prætoria uirga:
Fex est filorum, ceps ferri, pexq; pilorum,
Fex est de reliquis, olei dicatur amurca.
Continue semper sit, continuo tibi statim,
Imbribus est torrens, est lignum torris adustum:
Corporibus est membrum manus, est & turma potestas.
Glis animal, glis terra tenax, glis lappa uocatur,
Prima tenet gliris, tis, & altera tertia glissis,
Occido exanimo iudex examinat æquus,
Aures dic patulas, oculos appello patentes.
Sunt hastæ teretes, sed poma rotunda uocamus.
Assiduus diues, simul atque attentus habetur.

As tibi dat primum, assideo caput esto secundo.
Prospicit a longe hæc specula, hoc speculum tibi lucet.
Iustitia est uirtus, iustitium ius tacet urbis,
Bis duo sunt, odi, noui, cœpi, meminique,
Quæ retinens sensum præsentis, præteritique,
Stans aqua fit stagnum, sed stannum dico metallum:
N g describis primum, n duplicique secundum.
Esse tamen uere Stagnum tu dicis utrunque.
Quæ flagrant, ardent, quod fragrat, mittit odorem.
Turbam scito chorum, sed uentat in aere Corus
Moriger ille est, quem nos dicimus obsequiosum.
Quisq; bonos mores agit, his moratus habetur.
Est homo difficilis, quærulus, morosus habendus.
Amouet elongat, coniungit qui admouet ullum.
D caret primum, sed cum d scribe secundum.
Ala uolat, turma est equitum, uolucrisque fit ales.
Feminei generis primum commune secundum.
Styx, Acheron, Lethe, cocitus cum Phlegetonte.
Odit tristatur dediscit, luget & ardet,
Pars populi Classis, ratium collectio, turma.
Ambitos clausos dic: ambitus optat honores,
Mobile fit primum, sed fixum, Pone secundum.
Qui sacra fert, libat; Litat hic, qui numina placat.
Fertilis est lætus, pinguem tu dicito lætum.
Atque hilarem.
Est lætus gaudens, sed lethum dicito mortem:
Diphthongum primo: e simplex describe secundo.
Qui locat, hic ponit, locat hic, quicunque maritat,
Atque parat preciis, etiam facienda locamus.
Annuit, atque nuit, si labro: aut nare notat quid:
At nutat capite tremulo, sed nictat ocello.
Dic famulum puerum, puer ætatem tibi signat
Atque matrem puerum debemus sæpe notare.
Dat causam propter, sed iuxta dicito sæpe.
Est Ardens Scintilla, carensque calore Fauilla.
Consequor acquiro, simul assequor, ex primo quicquam.
Esse procul longe dices: procul est prope sæpe,
Qui laxat, largat: lassat qui membra fatigat.
X primum quærit, duplex ss scribe secundo.
Grata petit, poscit sed debita: flagitat ardens.

Impetus, atque dies, nox edat, & u,'tibi sexto.
Est pyra congeries lignorum exustaque bustum:
Ardentesque rogos subiecto dicimus igni.
Fraus fraudis dolus est: fraudem dic esse periclum:
Vas uadit hic spondet; uadum hoc est fluuij breuis unda.
Vas uasis retinet, uel fercula, uel capit undas.
Vindex dicetur uentura pericula pellens:
Præteritumque malum, qui punit. dicitur ultor.
Haurit dic uacuat, sorbet, bibit, aspicit, audit, Atq; ferit.
Vadit qui pergit, promittens danda uadatur.
Ciuibus est ciuitas, sed mœnia dicimus urbem.
Dicis aquam laticem uenis uel fonte latentem.
Estque latex, uinum, lateat quia uase uel uua.
Consultus petitur, petit hic consultor habendus:
Quod uero petitur, consultum est: iure uocandum.
Est factum facinus, facinus scelus esse memento.
Fœta notat plenum, dicta estque puerpera fœta.
Insidias furtum, stuprum dic, atque rapinam.
Est hara porcorum, uenerabilis ara deorum.
Prima breuis petit h, longa est sine h secunda.
Sæpius is finit pluralem, tertia quartum.
Cum tenet is rectus similem formando secundum.
Pluralesque uel Er, Ns coniungimus Rs.
Nauis, tris, imbris, puntis, sic dicito partis.
Rarius is reliquis, plus pluris, lis quoque litis.
Hæc tria si dicas orior, morior potiorque.
Declinando uales iris, uel eris reperire.

F I N I S.

Literæ apud Græcos ſunt quattuor & uiginti.

	Α῎λφα	*Alpha*	*a*
	Βῆτα	*Vita*	*b*
	Γάμμα	*Gamma*	*g*
	Δέλτα	*Delta*	*d*
	Ε῎ψιλὸν	*Epſilon*	*e*
	Ζῆτα	*Zita*	*z*
	Η῏τα	*Ita*	*e longum*
θ	Θῆτα	*Thita*	*th*
ι	Ιῶτα	*Iota*	*i*
κ	Κάππα	*Kappa*	*c*
λ	Λάμβδα	*Lambda*	*l*
μ	Μῦ	*My*	*m*
	Νῦ	*Ny*	*n*
ξ	Ξῖ	*Xi*	*x*
ο	Ο῎μικρὸν	*Omicron*	*o paruum*
π	Πῖ	*Pi*	*p*
ρ	Ρῶ	*Rho*	*r*
ς	Σῖγμα	*Sigma*	*s*
	Ταυ	*Taf*	*t*
υ	Υ῍ψιλὸν	*Ypſilon*	*y*
φ	Φῖ	*Phi*	*ph*
χ	Χῖ	*Chi*	*ch*
ψ	Ψι	*Pſi*	*pſ*
ω	Ωμέγα	*Omega*	*o magnum*

les ſunt ſeptem α ε η ι ο υ ω

thongi ſex αυ αι ευ οι ει ου

